




~~A za tém im więcey przewinię, im więcey opieszałości samowolney, lub z ktorego ze złey woli dopuszczę się przewinienia, winien iestem odpowiadać za naymnieyszy stopień błędu.~~

Sprzedaie mi ktoś rzecz, i dopuszcza się przewinienia, nie pilnuie iey że zginęła. Nie mogę żądać ani skargi go o to żeby nayskrupulatnieyszego dokładał starania, bo tu on bardziey interessowany niż ia. Jestem ia tylko osobiście interessowany że chciałbym posiadać tę rzecz, lecz nic więcey nie błądzie bo mi zwróci pieniądze. ‡

‡ Tu znowu wzrónu trzeba osobistości czyniącego n.p. zadaię komu więc że źle co uczynił. Jeżeli się pokaże, że w tey rzeczy tak sobie postępował iako inni znaiący się na rzeczy, a rzięcy w tey sztuce co on, nie podpada karze; lecz, kiedy wie, że kto inny potrafiłby tę rzecz lepiey, a sam się natręcza, po tém źle zrobi, więcey popełnia niż culpa lata n.p. nauczyciel wzniesie iakąś hypothezę nową a dowieść iey nie może, gdyby Savigny lub Hugo lepiey by iey dowiódł! gdyby był tyle obeznany ile Savigny tak usposobiony tak penetrant iako on, co in brego.

‡ wada w innego iest rzecz in culpa aquiliana, ponieważ tu iest delict. lub quasi delict.

‡ Kupuie ktoś odemnie rzecz, sprzedaną odprowadzam mu, wymawia się że iey teraz zatrudniony przyiąć nie może; ginie na szkodę iego. Lecz ieżeli nie dostawiam iey na czas, ginie na szkodę moią.

‡ Kupuię cukiernicę lichą pur łodzi; nie mogę zaraz go odnieść; odwożę z czasem, upatrz. stracę napsowanie : Łopi lód w części; nie odpowiadam sam.

‡ Mogęż się upewnić żeby mi konie owe konie surowcowe, podobney dobroci. Lecz obraz ?

‡ Wiem n. p. że pewney wagi dyament kosztuie 10, lecz kiedy się o niego ubezpieczę według wartości 15, stracę. Za 5, iest niejako przeznaczy.

Admirationi esse potest, quod populi, cum in ceteris contractibus omnia arbitrio contrahentium partium relicta esse soleant, contractum fenebrem semper coërcitum et circumscriptum esse voluerunt, quanquam in locatione conductione, inter quam et fenus analogia intercedere videtur, (Livius XXIII. 48), idem nunquam tentarant.

Origo odii fenoris deducenda a statum populorum primitivo; ibi non mercator aliusve opulentus negotiator, non prodigus juvenis, sed egens paterfam. aes alienum contrahit.

Fenebri malo occurrebant leges apud Romanos, sed frustra: iam cognatio illa usurar. ex stipulatione cum usuris ex mora, omne interdictum irritum reddit. Sapienter itaque Solon, qui usurae modum libidini creditoribus permisit. Boeckh T. II. p 143.

Moses omnino fenus vetuit; tulit enim illam legem in Arabiae desertis populo, qui ut plerique omnes nomades pauperrimus erat, ita ut pauci inter Israëlitas invenirentur divites. Moses tamen non omnino fenus damnat, sed id tantum, quod Israëlita ab Israëlita stipulatur: peregrino vero fenori dari permittit (Deuteronom. XXIII. 21.). Moses ut ex cunctis ejus legibus apparet, semper hoc consilium sequebatur, ut populum suum a quavis cum gentilibus vicinis communione severe prohiberet, atque inter se arctioribus vinculis amoris et necessitudinis conjungeret. Posteaquam Judaei ex Babylonio exilio reversi ~~sunt~~ erant, divites pauperiores fenore misere premebant (Nehem. V. 1–12.)

Thalmudici exacuerunt etiam legis acerbitatem ejusque ambitum extenderunt, voluerunt enim, ut non modo is puniretur, qui usuras acciperet, sed etiam qui penderet.

Apud Indos usurae modus non ejus, qui fenori dat, sed ejus, qui accipit mutuum, sequitur ordinem: ita, ut, nisi pignus datum sit, Brachmana duo, miles tria, mercator quatuor, opifex ceterique infimae sortis homines quinque in centena, nullo modo amplius, menstruis usuris solvere cogi possint.

Jam tertio et quarto p. Chr. saeculo, cum primum religio christiana in imperio Romano tolerari vel recipi coepta esset, Patres saepissime et acerbe fenoris usum invadere videmus. Vivebant enim sub imperio Romano, ubi usque ad Justinianum satis grandes lege permissae erant usurae. Ideo volebant, ut creditor non solum usuras, sed ne sortem quidem a debitore repeterent: et ex altera parte, ut debitor, si posset, pecuniam mutuo acceptam, qua sibi commoda peperisset, ultro duplam creditori redderet. (Origenis tertia ad Psalm. XXXVII. homilia). Volventibus saeculis invalescebat rigor et odium Juris Canonici adversus usuras. In concilio Constantinopolit. de anno 814. (apud Harduin T. IV. p 1054. concil.) iam et laici, qui usuras stipulentur, excomunicantur. Urbanus III. Alexandri successor, usque eo processit, ut etiam usuras sponte et sine omni conventione solutas damnaret (cap. 10. X. de usuris). Postremo omnes, quicunque audeant affirmare, exercere usuras non esse peccatum, vel qui alio modo negotium fenebre pertinaciter defendat, aut maligne invent, velut hereticos ab ecclesia proiiciendos esse, censuit (Clement. un. de usuris.).

In antiquissimis gentium Germanicarum legibus nulla usquam fenoris mentio fit. Haud mirum: quamvis enim argenti auríque usus iis innotuisset, tamen initio rarissimus erat. Quare si quis

alteri rem commodaverat, usumfructum fortasse alius quondam rei ab hoc stipulabatur. Deinde quum Juris Canonici vis et potestas invaluisset, legesque populorum et instituta commutaret et regeret, etiam in Germania, si universum aestimas, hoc impetrasse videtur, ut ab usuris in pecunia mutuatitia abstineretur, praesertim, cum vetus consuetudo id iuvaret et firmaret. Fenore enim facile careri poterat, cum omnes, qui pecunia egebant, vel aliquid lucri facere volebant, prioribus temporibus ad venditionem sub conditione reluendi, postea ad annuorum redituum emtionem venditionem confugerent, ubi majus etiam lucrum licitum et usitatum erat, quam unquam e fenore sibi [illegible]iturum fore sperare potuissent. — Seculo tandem XVII. ecclesiae reformatio effecisse videtur, ut interdictum Juris Canonici paullatim in desuetudinem abiret.

utrum in re non praestita culpa rem praestantis, vel utrum culpa rei praestandae, versatur; sive culpa, subjecti et objecti. Tandem utrum genus vel species rei periit, observatur. Si hoc intercessit, is qui rem praestandam habuit, ab ea praestanda liber est. Excipitur, si debitor in mora erat, quominus rem praestitisset, tunc enim etiam casus objecti ei imputabitur (cf. Brissonius s. v. *casus*).

Pretium rei vel in ipsa re consistit, vel in fructibus ejusdem rei. Pretium illud raro a suo valore recedit; pretium vero hoc indies fere mutari solet. Percipimus autem fructus vel ipsi, vel alii, quibuscum pacti sumus, ut ob perceptos vel percipiendos fructus pretium ab illis consequamur, quos fructus *usuras* vocamus (fr. 34. D. de Usuris et fruct.). Nonnunquam lege praescriptum est, quantum ob eam rem nobis praestari debeat; nonnunquam mutuo consensu creditoris et debitoris id constituitur. Cum autem id praecipue unius cujusque reipublicae interesse debeat, ne cives rem foenebrem exercentes se invicem damno afficiant, legibus est determinandum, quantas usuras ex fructibus percipere liceat. Nos, quid de ea re Romae costitutum esset, videamus (cf. Hugo R. RGesch. §. 126.).

Neque in Justinianeis Institutionibus, neque in Commentariis Gaii, doctrina usurarum expe-

dita est. In Pandectis ~~et~~ quidem libro ~~XX et XXI. ubi de pignore et hypotheca, et de Edicto Aedilitio agitur,~~ mentio hujus rei occurrit. Doctrina haec ~~omnis in~~ e Jure Canonico sublata est, c. 7. X. De Usuris. Saeculo XVII. exstitit Salmasius, qui libros complures conscripsit, (cf. Haubold l. l. §. 680. nota *a*. p. 295. 296) quibus persuaderet hominibus, usuras percipere nec turpem nec injustam rem esse, cum omnes tam Antiqui quam Recentes putarint, ad augenda et perfectiora reddenda commercia, ~~hanc rem~~ ea maxime contribuere. Multi e ~~Eum multi alii~~ secuti, hanc doctrinam ita exposuerunt, ut nullus jam dubitet, peccare ~~quemvis~~ illum qui usuras percipiat.

Ut autem juri Romano hanc doctrinam applicem, inprimis praemoneo, putasse Romanos lucrum percipi posse duplici modo, id est, fructus ex agris, vel ex nummis in foenore positis (testante Horatio v. 421. ad Pisones). Aetate Ciceronis ita id constitutum fuit, ut de capite totius summae, pars certa detraheretur quae usuris cederet. Si itaque summa totius capitis centum millia ~~continuit~~ erant, centesimae usurae solvebantur, id est, centesima pars totius capitis. Mos Romanis fuit usuras quolibet mense, et quidem ipsis Kalendis solvendi, quapropter centesima pars usurarum Capitis, decies,

Cf. autores quos Gibbon p. 212. nota cit. citat.

wiadome są jego zatargi z Heraldem

dives agris, dives positis in fenore nummis. — foenus autem dictum a fetu, et quasi fetura quadam pecuniae parientis atque increscentis (Varro p. 2. v. 30.)

10 mies. na kiedy po 1. więc płacono 10 proc.
12 — — — 8 3/25 — — 10
płacili więc 12 razy, lecz z tych tylko 10. więc 10 = 12.

A zatém kiedy powiększono rok o miesięcy 2, a liczby proc. nie powiększono, słusznie powiedzieć można że w stosunku do miesięcy 12. płacąc 10 proc. nie płacili jako tylko 8. proc. — Powiedziałem więc że 10 proc. w stosunku do terminów wypłaty rocznych, równe jest 8 proc. —

† ~~Accoratius~~ lib. XXII. tit. 1. De usuris et fructibus. Cod. IV. 32. de usuris

5

‡ S. Pismo zakazuie proc. lecz toż S. Pismo traktuie o żydach, u których nie było handlu, iako u narodu odium humani generis. Jakże więc wyrazie żydowskie rozstósować można było do Chrześciańskich? Że teraz [illegible] nie masz brać proc. chowaią sami papieże, którzy i biorą i daią na proc. iako historya uczy.

† Pierwszego więc dnia równie z niecierpliwością oczekiwano w Rzymie iako u nas termina moratorii. Poetowie byto Kz. menses foenoris parentes.

Ile razy więc teraz odbierali creditores co miesiąc po grz 25. frenwali, lubo niesłusznie, że im 2 proc. równie odcięto.

W rachowaniu proc. podług prawa Rz. to było szczególniejszem, że zawsze liczono cały kapitał iak gdyby całkowicie składaiący się z 12. części. Taka 12 część była procentem od kapitału równiem, który dla wygody kredytorów płacone być musiało częściowo, stósownie do miesięcy. Kiedy rok składał się z miesięcy 10. tenże proc. płacono w 10ciu ratach $8\frac{1}{3}$ od kapitału, zatem groszy 25. na miesiąc; kiedy z miesięcy 12. tyleż proc. t.i. $8\frac{1}{3}$ ale rozłożone na 12. rat; zatem na ieden miesiąc gr. $20\frac{5}{6}$.

N. p.


100 uważane iako As, iest równem 12, rachuiąc nawet rok z miesięcy 10. Dwunasta część 100 iest $8\frac{4}{12}$ czyli $\frac{1}{6}$ czyli $\frac{1}{3}$, i przypuściwszy że to są złote, uczyni groszy 250; na ieden miesiąc przypadnie gr. 25.

100 uważane iako As iest równem 12, rachuiąc nawet rok z miesięcy 12. Dwunasta część 100 iest $8\frac{4}{12}$ czyli $\frac{1}{6}$ czyli $\frac{1}{3}$, i przypuściwszy że to są złote, uczyni groszy 250; na ieden miesiąc przypadnie gr. $20\frac{5}{6}$. — W pierwszym przypadku 10 razy po 25, uczyni 250; w drugim 12. razy po $20\frac{5}{6}$ także 250.

Wspomina Juwenalis że amant pewny w Rz. znayduiąc się w potrzebie iuż potrójne ofiarował proc.

Tu powiada Cicero, że Verres będąc w Sycylii dawał zdrowe pieniądze na 20 proc.

Nie wypada się więc dziwić, że ieden z dłużników, podług Liwiusza VI. 14, skarży się, iż kilkakrotnie iuż opłacił wartość kapitału, a iednakże tę summę tylko mu za proc. porachowano. Trwało złe, luboć Cato in praef. de r. r. powiada że lichwiarza niegodziwego karano niegdyś iako furem manifest.



F Partes assis pondus librae habentis, sunt duodecim, quot scilicet sunt unciae; dicitur sextans, quia est sexta pars assis, nempe unciae duae; quadrans, quarta pars, tres unciae; triens habet quatuor uncias, et est tertia pars assis; quincunx, significat quinque uncias; semissis, quasi semi as; septunx, septem uncias; bes; dodrans, novem uncias, dicitur a dempto quadrante, quia tres desunt ad duodecim; dextans, a dempto sextante; deunx a dempta uncia; — Ipsa uncia dividitur in semunciam; in silicum 1/4 unciae partem; sextulam, sextam unciae partem. cf. Forcellini s.v. as

vel octies, quotannis apud eos solvebatur, ut infra apparebit. Hoc tempore Ciceronis *maximum* dicebatur, ultra quod majores usuras nemo percipere potuit. Summam cujusvis rei designabant Romani per verbum *As*. 7 Dividebatur autem as in duodecim partes (fr. 50. §. 2. D. de heredib. instit.) quae sunt F uncia, sextans, quadrans, triens, quincunx, semis, septunx, bes, dodrans, dextans, deunx, as. F Hinc phrases: usurae unciariae, sextantes, quadrantes, etc. (cf. Brissonius s. v. *Usura*). Nonnunquam foeneratores duplicabant usuras, erant itaque usurae binae centesimae (24), triplices centesimae, quaternae centesimae; de quibus cf. Juvenalis Satyra IX. v. 7. 7 Cicero in Verrem ~~Orat.~~ III. 70—72. 7 ad Atticum V. 21. II. 1. 2. Minores illis usuris vocantur usurae deunces, usurae besses, usurae semisses (cf. Persius Satyr. V. v. 249. Cicero ad Atticum IV. 15. ad Famil. V. 6: Columella III. 3.). 7 Ut uno verbo absolvam, maximae usurae erant *unciae usurae*, ~~ut in~~ (fr. 47. §. 4. D. de administr.) ~~vocantur~~. Ita res haec tempore Ciceronis sese habuit. Quaeritur quis modus usurarum fuerit ante Ciceronem? Tacitus Annal. VI. 16. narrat: „primo XII. „tabulis sancitum fuisse, ne quis unciario foe„nore amplius exerceret, quum antea ex libi„dine locupletium agitaretur." Hoc unciarium

16 2/3

uncia — 1/12
sext. — 2/12
quadr. — 3/12
triens — 4/12
quincunx — 5/12
semis — 6/12
septunx — 7/12
bes — 8/12
dodrans — 9/12
dextans — 10/12
deunx — 11/12
as — 12/12

foenus legibus constitutum si quis excesserit, quadruplo eum poenam luisse testis est Cato (in praefat ad librum de Re Rustica) † Livius VII. 16. huic rei contradicit, dicens: „anno 398. „U. C. de unciario foenore plebis rogationem „perlatam esse, eamque plebem cupidissime accepisse." Quae verba utrius Historici facile conciliari possint, si observaverimus, legem de qua Tacitus loquitur, cum abolevisset, denuo irrogatam fuisse. Attamen res haec ita bene non processerit, cum Cicero dicat † unciarium foenus sua aetate valere. Difficiliorem reddit rem quod Livius VII. 27. et ipse Tacitus Annal. VI. 16. narrant post legem illam XII. Tabular. semunciarum foenus ex unciario factum valuisse, usque ad annum 413. U. C. sive ad legem latam ne foenerare liceret (Livius VII. 42. Tacitus l. c.). ‡

3/

† ad Attic. V. 21.

Has tantasque contradictiones nullo modo conciliare poterimus, nisi primum expediverimus, quid sit unciarium, quid semunciarium foenus? Multi de hac re scripserunt, inter quos praecipuus est † Gronovius † (cf. Haubold l. c.), qui dicit: nunquam Romae majus foenus quam unciarium et semiunciarum exercitum esse a foeneratoribus, cum id celeberrimi historici testentur; cum autem sciamus quid uncia quid semuncia sit, ridiculum sibi videri no-

† Salmasius (de Usuris) et

Vel auctores a Gibbonio p. 211. citati nota 163.) de Sestertiis

† Hae Catonis verba Müller p 35, non ad leges XII. Tab. referenda putavit, sed ad alias, forsan illas, quas magna mulcta firmatas esse, Livius libro septimo memoret.

††† Verba Taciti, nemo antea addubitare audebat, cum omnes in autoritate et fide, summi Romanorum historiographi secure quiescerent. Niebuhrius vero eum hic inscitiae et temeritatis arguit, atque exautorat, quippe cujus remotissimam antiquitatem referentis utique non maxima esse possit fides; XII. tabulis modum usurarum statutum esse prorsus negat (T. II. p 431.). Fieri enim non potuisse, ut, si quid iam XII. tabulis iussum fuisset, seculo post a Tribunis velut nova rogatio Plebis ferretur (Livius VII. 16.). Deinde si iam Licinii Stolonis temporibus creditores lege prohibiti fuissent plus quam unciarium fenus accipere, hic et sequentes Tribuni miseriae plebis aere alieno obrutae medicaturi debitores optime juvare potuissent donata iis legitima nimii fenoris ab ipsis exacti mulcta. Nimirum id videtur summam XII. tabular. autoritatem quodammodo offendere, si, quod ipsae iam sanxerunt, alia lex iterum iubet. Ridiculi fuissent, si Tribuni, quod illae non impetrassent, id se rogatione sua consecuturos esse confisi fuissent: non minus ridiculi, si, ut alii volunt, id nova rogatione in hominum memoriam revocare voluissent, quod in omnium oculis palam stabat. Si tabulae vere modum usurae statuissent unciam, sane eam vim habebant, ut nemo nisi occultissime majus fenus exercere auderet. At, inquies, fortasse tamen lex aperte violata est, quia aliquid iussit, quod naturae prorsus repugnat, et utique ideo servari non potuit. Sed praeterquam, quod ea opinio optime refellitur secundo Niebuhrii argumento quis tantam vim infuisse credet tribuniciae legi, ut ἀδύνατα δύνατα reddere posset? Atqui in universum legem Duilliam observatam fuisse, infra videbimus. — Huic Niebuhrii ratiocinio iam, ut videtur, per se satis firmo, addo, quod Taciti locus omnino naturali rerum humanarum ordini non satis convenire videtur, quum fieri vix potuerit, ut iam illis temporibus tam modica usura, quam fuisse unciarium fenus non dubium esse potest, legibus praescripta esset. Atque de tantane modica usura queri potuit centurio ille apud Livium (VI. 14.) se, mergentibus semper sortem usuris, tant iam multiplicem exsolvisse?

Prima itaque lex contra fenoratores rogata atque cupidissime a plebe accepta, anno 76to post XII. tabulas erat a C. Licinio Stolone et L. Sextio tribunis: ut, deducto eo de capite, quod usuris pernumeratum esset, id, quod superesset, triennio aequis portionibus persolveretur (Liv. VI. 35.). Non dubium est, Licinium illam rogationem bona fide probissimoque animo tulisse; consilium

‡ A zatem podług Gronowiusza brano w Rz. 1 lub ½ proc. w Rzymie?

‡ Przystęp Tabular. novar. może być tylko wyższy w tako lichwiarskim kraju, jakim był Rzym. Wymawiano sobie większe proc. bo nikt nie był pewny, czy i mało dostanie. — Moratoryum również psuje kredyt jak Tabulae novae.

vero non attigit, (causas vide apud Niebuhr II. p. 430. 431.); immo plebis miserias, usura in immensum crescente, auxit, et ad summum provexit fastigium. Quare decennio post a Duillio et L. Menio, tribunis plebis, rogatio lata est, ne quis amplius unciario fenore exerceret (Liv. VII. 16.).

vas de hac re theorias excogitare velle. Equidem cum Gronovio non consentio cum mihi non persuadeam potuisse aliquem Romae inveniri, qui post legem de tali modo usurarum latam, foenebrem vellet rem exercere. Quod vero spectat Taciti et Livii verba, intelligenda esse puto de foenore in *certum tempus* non vero in perpetuum tollendo. Mos enim antiquis populis erat, quotiescunque aere alieno majorem partem civium oppressam viderant, vel modum nummarium mutandi, vel aes a debitoribus contractum aboliendi, quod illi *Tabulas novas* dicebant. Hoc recentiores legislatores per institutum sic dictum *Moratorium*, quodammodo, assequi solent (v. nostra Diss. De legib. Solonis p. 4. 5.). Videmus nostris temporibus quam difficile sit, foenebri pesti occurrere; quantum difficilius sit penitus eo morbo civitatem purgare, quis est qui dubitet?

His praemissis ad explicandum foenus unciarium et semunciarium accedo; quod priusquam faciam animadvertere decet nonnullos inveniri, qui credant: unciam vel semunciam debitores quolibet mense Romae solvisse, et quidem unciam totius capitis, redacto eo *ad assem*; ita, ut si v. c. centum millia foenerator dederit, duodecima pars centum mill. solveretur quolibet mense. Quod nullo modo credi potest,

cum inde deducendum esset *centena* pro *centenis* quolibet anno debitores creditoribus solvere coactos fuisse? Optime hanc rem Niebuhr absolvit (l. c. Tomo II. p. 431.) cum docuisset per unciarium foenus subintelligi debere usuram pro *capite totius summae* in solidum annum solutam, ita ut quolibet mense *pars* illius a debitoribus, ipsis Kalendis, solveretur. Pendebatur autem olim *decies* quolibet anno, nam usque ad Julium Caesarem, annus decem mensibus constabat (Niebuhr l. c. Tomo I. p. 192. sqq. p. 203. p. 204.). Itaque patet olim Romae decem pro Centenis solutum fuisse, postea octo pro Centenis, si duodecim mensibus annum constare subintelligemus. Unde patet quid sit foenus semunciarium. Uberrime hanc rem, explicuit Schrader in Hugo's Civilist. Magaz. Tomo V. p. 180 — 185. Classicus de hac re invenitur locus apud Festum s. v. *uncia*, qui si laceratus non fuisset, certo omnes qui de hac re scripserunt non adeo innepte garrulati essent, ut deprehenduntur. Ex quorum magna turba, unius Heineccii Antiq. III. 15. §. 7. sqq. meminisse satis erit, qui summa infimis commiscuit.

Ita res haec usque ad Justinianum se habuit, (Paulus R, S. II. 14. §. 2.—4. c. 8. C. Si certum pet.) qui eam mutavit. Cum enim

‡ Quanquam apud Romanos ~~tale~~ iste modus usurarum putari nequit obtinuisse, tamen apud alios antiquos
populos usum obtinebat. Etiam apud Judos sexaginta in centena ut legitimæ usuræ occurrunt, idq; non
nauticum fœnus. Quid quod Barthelemy Athenis ducenta ferme pro centenis usitata fuisse opinatus est.
(Boeckh I. p 136.). – Pars deniq; intermediam secuti sunt sententiam, unciarium fœnus cum ipsa centesima
confundentes, ita ut varium vocabulum ex sola elegantia dicendi ortum sit. ab his stans J. Scaliger, Ja-
cobus Gothofredus aliique plures. – Aliud profert Niebuhrius (theologus quidam tempore Salmasii quem
ille in præf. ad libri de fœnor. traperit. superbe adspernatur, id iam docuerat), qui sortem posuit ut assem,
cujus duodecima pars, uncia, in annum, licet menstruis pensionibus, soluta sit (T. II. p. 437. 448.) – Unciam
ad annum decem mensium referendam esse putat, ita ut in hunc annum octo et trientem, in annum
civilem decem pro centenis efficiat. Documento utitur, verbis Festi s. v. Unciaria lex, ubi lacunam maxi-
me opportunam ex conjectura sed magna cum probabilitate restituit. Sed lex de qua ibi sermo
fit, tanti momenti est, ut valde mirari subeat, cur nullus alius auctor præter Festum ejus mentio-
nem faciat. Locus ex Ulpiano Fr. §. 12. 13. de dotib. (VI.) ut pro Niebuhrii sententia, unciarium
fœnus fuisse annuam duodecimam sortis partem, acriter pugnat, ita ejusdem computationi ad
annum cyclicum contrarius est. Mihi hic locus nec explicari posse quidem videtur, nisi ponamus,
ut unciarium fœnus octo et trientem pro centenis in annum duodecim mensium efficerit.

‡ Id quidem nemo, opinor, infitias ibit, quod, si revera XII. Tab. fœnus unciarium i. e. octona
vel (ut Niebuhrius vult) dena pro centenis in annum, sancitum fuisset, patricios usuras, quæ
modum immane quantum excederent, exegisse oporteret; alioqui centurio ille, qui, pecuniæ judi-
catus, ope Manlii catenis liberatur, quum non potuit, se, mergentibus semper sortem usuris, hanc
iam multiplicem exsolvisse (Livius VI. 14.).
Decimo anno post legem Duilliam unciarum ad semunciam redacta est, itemque ævis alieni solu-
tio in pensiones æquas triennii, ita ut quarta præsens esset, dispensata est. Nono fere et centesi-
mo anno post XII. Tab. L. Genucium Tribunum plebis tulisse ad ~~legem~~ plebem, ne fœnerare liceret
(Liv. VII. 42.). Niebuhrius vero hanc legem plane ex annalibus rei Romanæ eiectam vult (T. II. p.
366). Appiano et Aurelio Victori potiorem fidem habet, apud quos de novis tabulis sermo fit, Li-
vium has silentio præteriisse, quia eum hujus Reipublicæ ignominiæ puduerit. Müller p 45. existi-
mat, eam legem propemodum necessario e continuo plebis potentiæ incremento oriri oportuisse. Manife-
stam fœneratorum vim et crudelitatem, Aediles Curules reprimere studebant: quadruplo, ut fures manife-
sti multabantur. Posterioribus temporibus usitatissimum fraudis genus hoc fuisse videtur: pecunias,
quas indigi a ditioribus sub usuris mutuabantur, in socios Latini nominis, quibus quantaslibet usuras

dare et accipere licebat, transscribebantur, ita ut specie quidem Latini, re vero Romani locu-
pletes fenus exercerent. (Liv. 35. 7.) Aediles fraude detecta severissime feneratores multabant. His
fere temporibus Romanos magistratus demum intellexisse existimo, quam inutilis, imo quam
damnosa esset illa lex, quae usuram tollere voluerat, nam sensim sensimque obsolescebat.
Expugnata Macedonia et Graecia, innotuit Romanis fenus τὸ ἐπὶ δραχμῇ, idem quod centesima
(Boeckh I. cap. 22.) ($\theta \frac{1}{3}$.) Id praetores ceterique magistratus primum exercere coeperunt, deinde in Urbem
ipsam invaluit, ubi ab initio ex parte solum (ex quadrante, triente etc.) usitatum erat; postea non
contenti singulis, binas centesimas, quinetiam quinas stipulabantur Cicero ad Att. VI. 1. 2. Apud
Ciceronem (ad Att. V. epist. ult.) mentio fit SCti, quo, ut centesimae perpetuo fenore ducerentur, edi-
ctum est. Postremo Julius Caesar, ex bellis civilibus cum exercitu victore Romam redux, legem Lici-
niam quodammodo imitatus est, cum decerneret, ut debitores aes alienum solverent, deducto eo de
sorte, quod ab initio belli civilis usurarum nomine creditoribus numeratum vel perscriptum
esset. Hac ratione Caesar, refert Suetonius in Julio 42., debitores quarta (sexta?) eius parte levabat, unde appa-
ret illius temporibus centesimas, ut legitimum fenus erat, ita etiam usitatissimum fuisse: nam
bellum civile per biennium duraverat.

Centesimae manebant maximus usurarum modus (Pauli R. S. II. 14. c. 2. C. Th. II. 33. ed Hug. I. 120. 330.); fe-
neratoribus non amplius dimidia centesima usurarum loco stipulari licebat. Fenus nauticum nondum
lege coërcitum. Nimis grandes usurae exactae semper sortem minuebant, in sortem computandae erant
Paul. R. S. II. 14. § 2. c. 4. C. Th. l. l. c. 26. C. IV. 32.

‡ z.i. 2. proc. na rok cały, 3. proc. na rok cały. etc.

‡ W przeciągu 10 miesięcy korzystała się z ratoba żony, po śmierci męża; w przeciągu 10 miesięcy korzystała się wypłata posagu; w przeciągu 10 miesięcy korzystał się kredyt wdowy; w przeciągu 10 miesięcy wypłacano prosenta. Płacono więc dawniey $\frac{1}{12}$ od kapitału czyli 8$\frac{1}{3}$, później płacono 12 od 100, czyli 12$\frac{1}{2}$ bo tak mówi Suetonius

1 Godofred p. 268 movi At postea (ex Justyn.) uno semisse aucta fuit centesima, centesimae tamen nomine durante, sic, ut ea in duodecim menses, duodecim solidos et semissem praestaret. — Justinianus centesimas usuras prorsus sustulit; in fenore tantum nautico ut legitimum modum permisit N. CVI. Ceterum illustribus personis non amplius quam trientem, traperitis et argentariis bessem, reliquis omnibus semissem stipulari licebat c. 26. C. IV. 32. Notandum vero est, quod primus ni fallor, observavit Salmasius, Justiniani temporibus centesimam aliquantulum maiorem esse, quam prius. Est enim octava pars sortis annua, ergo duodecim et dimidium in centena (τόκος ὄγδοος). Posterioribus temporibus centesima erat sexta sortis pars (τόκος ἕκτος). Usurae prorsus vetabantur a Basilio, cujus constitutionem Leo Philosophus (Imp. Leonis const. 83.) propter incomoda pauperum abrogare coactus fuit, quo facto trientem ut legitimum et solemnem usurarum modum statuit.

7 sed iam ante prohibitum; irrepsit tamen iterum, iterumque a Justiniano severe vetitum (c. 27. C. IV. 32.). Porro si iam prius usurae non solutae, simulac alterum tantum attigissent, currere desierant, Justinianus etiam usurarum suo tempore solutarum summam alterum tantum egredi vetuit c. 20. C. IV. 32. Qui anatocismum exigebant infamiae macula aspergebantur c. 21. C. II. 12. Anatocismum explicuit Cicero l. l. ad quem locum Ernest. s. v. anatocismus falso observavit, intelligi eum, usuras earum usurarum quae singulis annis solutae sint; nemo enim pro usuris solutis, usuras solvit. Post annum elapsum scilicet usurae quae supersunt capitis summae adiciuntur, ita ut in futurum annum majus caput, pro quo debitor usuras solvere cogatur, datum ei supputetur, vel, ut Cicero l. c. ait, renovatio singulorum annorum fit.

14

olim lex de usuris supra exposita ad omnes cives referretur, ille nonnullis majores usuras, nonnullis minores exercere concessit. Maximae autem usurae ejus tempore erant, usurae semisses; illustribus usuras ~~quadrantes~~, mercatoribus usuras besses, percipere concessit. De omnibus his cf. Jacobus Gothofredus ad Codicem Theodos Tom. I. p. 254—264. Noodt de foenore et Usuris II. 2.

His ita expositis observare licebit, posse etiam *usuras ab usuris* peti, cujus rei, doctrinam de mora exponentes, mentionem fecimus. De talibus usuris tamen hic non egimus, sed de illis, quae sub nomine *Anatocismi* veniunt. Haec autem fiunt si ab usuris capitis totius summae non solutis, novae usurae petuntur, ita, ut adjectis his usuris ad caput, majus illud evadat. Id tempore Ciceronis licitum fuit, (cf. ejus Epist. ad Attic. V. 21.) ~~postea tamen vetitum, nec minus cautum, ut si debitor tot usurarum solvisset, quae caput totius summae adaequarint, debitor non cogeretur usuras solvere, si solvere non posset.~~ Quod Justinianus mutavit, cum statuisset, ne etiamsi tunc temporis solvere posset usuras, eas solvere cogeretur. (c. 10. 27. §. 1. C. De Usuris, Novella 121. 138.).

Jure Canonico, ut supra diximus, vetitum fuit foenerari usurasque exercere. Non prohi-

bitum tamen est usuras petere ex re judicata (c. 9. X. De Arbitris); quapropter in Gallia usque ad Codicem Napoleoneum promulgatum, solebant homines cum pecuniam aliis mutuam darent, debitores in jus vocare, eos de suo debito accusaturi, ut usurae illis currerent.

de illis qui ineant obligationem: reliqua de obligationes solvantur. Inst. IV. 7. 10. III. 29. Gaius III. 163–167.

CAPUT ~~XIII.~~ 2,

de praecipuis obligationum causis, et quo modo ~~Obligatio a quibus recte contrahatur?~~

§. 1. qui rem adquirant, quomodo ab illis qui contrahant, differant? §. 329.

Quod de subjectis dominium rei adquirentibus diximus, id nullo modo obligationibus adaptari potest. Cum enim commercium nisi civibus et Latinis esset, peregrini vero, solum modo naturali adquirerent, et in dominio rem habere non possent, (nam actu legitimo adquirere, atque usucapere, vetitum iis erat,) aliter ~~id~~ in obligationibus accidit, ex quibus, licet naturaliter eas contraxisse peregrini putarentur, debitum ~~tamen~~ apud praetorem qui inter cives et peregrinos jus dicebat, persequi poterant. Differt praeterea obligatio subjective spectata a dominio spectato subjective, nam cum duo domini ejusdem rei putari possint, (quae verba nostra ut stricte interpreteris volo), licet eandem rem in solidum eodem momento possidere non valeant, id in obligationibus locum non habet, cum eandem obligationem duo in

Duplex iurium, quibus patrimonia nostra constant, genus est; quorum quaedam dominii, quaedam obligationis nomine appellamus. Dominii rem esse dicimus, cum quis id ius in aliqua re arroget, ut ad se solum, omnibus aliis ab ea prohibitis et exclusis, eam pertinere dicat, interpellantemque quemquam propulsare possit. Dominus itaque arcet a se turbationes extrinsecus venientes. Contra obligationibus dominio prorsus contrarium ius continetur, ut quaedam persona mihi aliquid praestet vel faciat. Omnis igitur vis obligationum in actionibus hominum posita est, ita ut certae quaedam personae, iuris aliquo vinculo sibi adstringantur (Huschke p 9).

7 Którzy posiadaią rzecz pro partibus divisis, ieżeli ma bydź rzecz sprzedana, musi się to stać za wspólną zgodą; ponieważ same części przez nich posiadane za nadto są z sobą ściśle połączone. Przeciwnie w obligacyi.

ƒ nowszego Pr (si per possessionem dominium queritur); obligacyi bynaymniey. Taka więc obligacya: mihi et Titio spondesne dare mille z. Tylko o 500 obowiązuie. Lub: mihi, aut Titio, spondesne dare mille z. nie dawała prawa Tycyuszowi, lecz mnie. — Nadto: nikt mnie przymusić nie może, ażebym dla ciebie nabył/

ƒ zaprzyca kto sumę, na którą się kilka złożyło creditores, chociaż to iest suma iedna, ściśle iednakże mówiąc tyle iest sum ile kredytorów; kiedy z nich może odebrać części swoię. — Mogę nabydź rzeczy i przez osobę obcą, podług prawa ƒ

I tosz iednakże obligacye lubo z wielu złożone części, nie mogące iednakże bydź rozłożone przez wielu, lecz dosyć kiedy przez iednego; to tak w debit. iak credit.

ƒ duos pluresve reos, qui idem sibi praestari in solidum stipulati sunt appellant correos stipulandi, qui aliquid in solidum promiserant, correos promittendi.

solidum possideant tam debitores quam creditores (fr. 11. §. 1. 2. De duob. reis.).


Est tamen exceptio, quam recentiores barbara voce *obligationem correalem* vocant. JCti Romani ~~debitores et creditores ejusce generis appellant: *duos reos promittendi*, vel *duos reos stipulandi*, quia per stipulationem, de qua infra loquuturi erimus, tale debitum persaepe contrahebatur.~~ Obligatio ejus generis non semper pactione contrahitur, immo nonnunquam ipso jure contracta putatur, v. c. ob delictum commissum, et quidem erga duos vel quatuor creditores, quo casu si uni eorum solutum est, reliqui omnes a repetitione debiti removentur (~~fr. 31. §. 1. D. de Novat~~. fr. 16. D. de duob. reis ~~§. 1. Inst. de stipul. servor~~. fr. 13. §. 12. D. de Acceptil.).

Quaeritur, an haec divisio obligationum successioni in omne jus defuncti, id est, seccessioni per universitatem, adaptari possit? Quoniam succeditur in omne jus defuncti, ex ipsa natura rei patet heredem tam in obligationes activas quam passivas succedere, ideoque repetere id posse quod testatori debebatur, vel exsolvere id eum teneri, de quo ille tenebatur. Si itaque plures heredes erunt, concurrunt in debitum pro parte hereditatis, idque

vel exsolvere, vel repetere possunt. Obligationes ejuscemodi jam ipso jure inter heredes divisae sunt (fr. 25. §. 13. D. famil. herciscundae. c. 6. C. ejusd. tit. c. ult. C. de hereditariis actionib. c. 26. C. de Pactis.).

Hanc theoriam si velimus adaptare, successioni in rem singularem, difficultas quaedam apparebit. Alius enim generis est successio singularis in dominio rerum, qualis quaevis abalienatio rei est, sive illa actu legitimo sive illegitimo facta erit; alia vero in jure obligationum. Quaeritur itaque quid agendum hic sit? Duo sunt modi, qui secundum jus Romanum ad finem illo casu nos perducere queunt.

1. *Novatio*, quae est prioris debiti in aliam obligationem, vel civilem vel naturalem transfusio atque translatio: hoc est, quum ex praecedente causa ita nova constituitur, ut prior perimatur. Novatio enim a *novo* nomen accipit et nova obligatione, teste Ulpiano fr. 1. D. de Novat. Si itaque v. c. a Titio absente debitum mihi exsolvi volo, et Sempronius, qui praesens est, debitum illi simile constituere vult, per mutationenem obligationis id assequi potero, si Sempronium creditorem Titii constituero. Hoc casu necessarium non est, ut in mutationem debiti ejus generis Titius consentiat,



‡ Gaius II. 38. "obligationes quoquo modo contractae nihil eorum recipiunt". Nihil eorum scil. neque mancipationem, neque in jure cessionem, neque traditionem, de his enim in antecedenti libro actum est (apud Gaium).

⁊ To się ma również i na ten przypadek, kiedy sprzedawca sukcessya wstanie. Że passiva też obowiązani, activa podług prawa nowszego bez cessyi, kupuiący ściąga. Może nawet sprzedaiący, ale w tenczas ściągnione kapitały, wydaicz kupuiącemu, który im również wynagrodzić musi za wypłacone passiva.

‡ 1, legatariusz nie płaci debitów, nawet nie wykupuie rzeczy legowaney
2, iakże można succedować komu quoad debitum; czy także tak in jure cer. przez sprzedarz?

‡ wszak co innego iest ~~sprzedarz~~ ustąpienie rzeczy, wszak co innego ~~sprzedarz~~ ustąpienie obligacyi. Sprzedarz rzeczy nie zależy iako tylko od woli moiey; ustąpienie obligacyi na korzyść trzeciego zależy od woli mego kredytora po większey części. – Nie może więc to ustąpienie nastąpić iako 1, przez novatio 2, in jure cessio Wyraźnie to potwierdza ‡

‡ Tak ieśli była praecedens causa obligat. natural. mogę i wbrew inney obligacyi n. p. civilney, pociągnąć pod tęż summę moię obligacyą naturalną; ustaie ona odtąd a powstaie civilis oblig.

[r] Novatio może być, albo 1, necessaria, jeżeli po wytoczeniu sprawy i nastąpioney litis contestatio przyszła przez strony do przywrócenia sobie wrażonney kary, gdy sąd którego chybi. Tym sposobem zamyka się po przegraniu cała sprawa od stipulatio, ani o tem wzmiankują strony że dawniey o inną rzecz proceß miały; teraz tylko o uskutecznienie stipulacyi domagają się; 2, voluntaria, jak się powiedziało. — — Sine novatione non potest tuo nomine agere, sed debes ex persona mea, quasi cognitor aut procurator meus experiri. Gaius II. 39.

‡ Ex quo pro aliis in iudicio agendi mos irrepserat, ei, ad quem nomen transferre cupiebant, actione mandata, id quod ex lite consecutus esset, sibi habere iubebant; qui, quoniam alieno nomine sui comodi causa rem agebat, in rem suam procurator dictus est. Hoc modo pignoris nomen constituebatur, quod juris personalis cessio est, in securitatem debiti creditori ita facta, ut post moram factam nomine persequendo (potissimum exactione) satisfactionem sibi quaerere liceat. Ceduntur autem actiones multis modis, veluti vendito, legato, vel donato nomine. In his etiam nominis oppignoratio ponenda. Huschke p 33.

cum nihil a me agatur quam cessio debiti in gratiam Sempronii. Quodsi Titius Sempronium creditorem suum pati noluerit, facile id assequi poterit, dummodo id quod debet, illi solvat.

2. *Cessio*, (cf. Mühlenbruch die Lehre von der Cession, Greifsvalde 1817) quam maxime differt a cessione in jure; per cessionem enim illam, rem nostram abalienamus, per cessionem vero hanc nihil facimus, nisi, ut is, cui obligatio a nobis cessa est, nostro nomine actionem instituat ad aes alienum nobis exsolvendum; quapropter etiam ignoranti vel invito debitore actiones ceduntur (c. 3. C. De heredit. vel act. vend.). Is cui actio ceditur, *non* agit *suo* nomine, sed *nomine nostro*, et vocatur *cognitor* vel *procurator*, quia debitum exigendo procurat negotia nostra (Gaii Comment. II. 39.). Si itaque eo agente debitor solvit, omnia mutantur, nam pecunias exactas a debitore retinebit proprias. Unde apparet, procuratorem talem cum nostro nomine ageret, non in rem alienam, sed in rem suam constitutum fuisse, cum omne lucrum quod ex debito exegerit ei cesserim. Hoc ideo excogitatum est, ne, ut supra diximus, talis creditor intrudatur debitori, quem ille pati nolit. Duplex genus cessionis est, *cessio activa* et *passiva*, ut cum recentioribus loquamur. Cessionem activam

absolvimus; cessio passiva tunc intercedit, cum debitor peregre profecturus debitam a se pecuniam apud alium quemvis deposuit, eo consilio, ut ille solvat, si interpellatus a creditore fuerit. In utroque genere cessionis triplicis generis personae agunt: Cedens, Cessionarius, Debitor cessus.

Eadem theoria quam in aquirendo rerum dominio exposuimus adquisitioni obligationum (cf. Instit. III. 17. — 29.) potest adaptari. Adquirimus itaque obligationes per servos vel per filios nostros. Quod vero procuratorem adtinet, scimus ex Gaii Commentariis (IV. 82.) non licuisse olim quamdiu legis actiones in usu erant alterius nomine agere, nisi pro populo et libertatis causa. Per servos et filios familias repraesentamur in judicio quo ad obligationes sic dictas activas, nunquam vero quo ad obligationes dictas passivas. Quapropter adquisiisse tunc per servum vel filium dicimur, si ex adquisitione illa lucrum nobis cedit; nam si aliter illi se obligaverant, non tenemur (Hugo R. RGesch. §. 128.). Cum obligationes dividi coeperunt in civiles et naturales, licuit per liberum hominem, id est per procuratorem, eas adquirere (fr. 13. §. 25. de Act. empt. vend.). Omnia haec admodum obscure exposita sunt in Pandectis, quia cum vixerunt JCti, quorum opera excerpsere compilatores Digestorum,

† Nie wolno było późniey cedować długu osobom możnieyszym przeciw osobom niższego stanu. Jeżeli cedowałem moię obligacyę, tylko, żeby była ważna cessio, o ile za nię zostałem zaspokoiony; zbywaiące z niey reszty wracał mi cessionarius, podług lex Anastasiana c. 22. 23. C. Mandati

† Jeżeli wyjeżdżam: nic nie zostawiam dla [illegible] innym niewolnikom. – Ależ hoc quidem certum est, tunc demum locum esse actioni de in rem verso, cum servus eo animo fuit ut domini negotium gereret fr. 7. §. 4. fr. 10. §. 5. D. de in rem verso.

‡ Jeżeli dam niewolnikowi memu summę na handel na iego imię, kiedy zbankrutuie nie iestem obowiązany płacić, tylko te summę daną zabieraią credit. Prócz tego mam pierwsze prawo do tey summy n. p. za inne należytości. Pretorowie ustanowili, ażeby ~~[illegible]~~ w ten czas ~~[illegible]~~ actio tributoria mieli i inni creditores, żeby się wszyscy [illegible].

‡ cf. Commentatio ad L. 32. pr. §. 1. D. de peculio, auctore Frid. Ludov. Keller Gotting. 1822.

differentia illa, de adqusitione per homines liberos et subditos nobis, non observabatur.

Aliter sese res habet, si homines in potestate nostra obligationem contraxerant nobis jubentibus, tunc enim, licet damnum inde senserimus, obligationem exsolvere tenemur (cf. Inst. IV. 7.). Dantur itaque tunc in nos actiones hae:

1. *Actio quod jussu*, si servum meum debitum contrahere jussero (fr. 1. §. 1. — 6. D. Quod jussu).

2. *Actio de in rem verso* et *actio tributoria* (Gaii Comment. IV. 72. sqq. fr. 1. §. 2. D. de Tribut. act.) si obligatio licet me insciente a servo contracta sit, ex contracta ea lucrum mihi cedit. (fr. 38. §. 20 — 23 D. de V. O.)

3. *Actio de peculio.* Solebant nonnunquam Romae patres familias suis filiis vel servis, praesertim si eos sollerti ingenio viderant, pecunias dare ad mercaturam exercendam, nonnunquam vero iis praedia sua concedere, quae colerent. Cum autem negotia ejusce generis nullo modo recte administrari possint, nisi concedatur illi qui ea gerat quidquid utilitas rei poposcerit facere, itaque pater familias, vel dominus, eo ipso quod servo peculium concessit, videbatur omnia ea se rectihabiturum consensisse, quae ille fecerit. Creditor agere potuit contra patrem vel dominum, actione de peculio, et quidem quatenus peculium

Hoc appellabatur peculium.

a/

patiebatur (fr. 7. §. 1. D. de peculio fr. 9. D. Commun. divid.). Si vero pater fam. lucrum inde perceperat, agebat creditor primum de peculio, postea actione de in rem verso (fr. 1. §. 2. D de In rem verso).

4. *Actio Institoria.* Institorem appellabant Romani quemlibet alicui negotio praepositum (fr. 5. D. de instit. act.). Is qui hominem negotio exercendo praeponit, eo ipso consentit, se omnia debita ab eo contracta exsolvere velle, et de iis se adigi passurum (Gaii Comment. IV. 71. sqq.).

5. *Actio exercitoria.* Appellabatur a Romanis exercitor is, qui navi vel cauponae vel stabulae praepositus erat (fr. 5. §. 6. D. de Oblig. et Actionib.). Dominus navis itaque hoc ipsum, quod supra exposuimus de obligatione ab exercitore contracta, tenetur solvere. Si actionem utram recte consideramus nulla differentia inter illas apparebit, nisi dicamus: primam generaliter in omnia negotia extendi, secundam vero, ad res navales referri. Cur itaque duplex haec actio instituta fuerit, nullam aliam causam invenire possum, nisi hac, priusquam illa recepta fuit, usos fuisse Romanos, et cum illam ad omnia negotia exercenda extendissent, noluisse eam, cui adsuefacti erant, omittere.

⊥ in rem verso intima natura ferat, ut ne quis ex contractu subiecto suo iuri persona sive suo facto amplius quam ad se pertineat peculium, vel in rem suam versum sit, possit periclitari, facile evenire palam est, ut peculio apud plures constituto, quamvis omnes sint de peculio obligati, neque uno solvente, nisi solidum, quod sibi debetur, creditor acceperit, ceteri liberentur, tamen si ad judicium perventum est, vel in locupletissime peculiato servo suum consequi non possit (Keller l. l. p. 63. 64.).

7 Datem n.p. niewolnikowi 100 iako peculium; zaciągnął dług na 200, wtenczas tracił creditor 100, wyiąwszy ieżeli się okaże że tenże 100 wiele zarobił niewolnik na korzyść moią. — Ceterum in hac actione omnia ad instar liberi procuratoris terminari cum disertis verbis fr. 3. §. 2. D. de pecul. tum maxime comparatione hujus tituli cum Tit. de negotiis gestis, inprimis etiam in utili utraq actione confirmari videtur (Keller l. l. p. 30.) — Cum actionis et de peculio et de 7

7 Przełożony nad fabryką

7 W tym względzie zasługuie na uwagę Lex Rhodia de jactu. Prawa te bardzo chwali Szabo XIV. p 652. i Cicero pro lege Manil. Tyberyusz wysłał do Rhodus Rzymian dla spisania tych praw (Pastoret Histor. de Legislation), tak że gdy dotąd tylko miały powagę zwyczaiu, odtąd powagę piśmiennego prawa. W Pandektach (XIV. 2) znaydziemy cały tytuł o tem prawie, które Justynian z nieznanego nieco wyrzucił z Kodexu. Rozbiera ten tytuł pytanie: ieżeli okręt pomocie błędu? Nie naymniey. okręt (exercitor) lub właściciele ładunku. — W Bazylikach znaydziemy tekst iakkolwiek przerobiony tych praw LIII. 8. Bynkershoek (liber singul ad l. 9. Rhod. de jactu Hagae 1703.) utrzymuie że te prawa są podniesione przez Kompilatorów

7 Szczególniey pan odpowiadać z tego przepisu Pretora: nautae, caupones, stabularii


Bazylików, ponieważ znayduią się tam wyrazy barbarzynsk. nie dyalektu Joński. Lecz to tylko dowodzi że tekst odmieniony nie zmyśli (Themis I. 401. 194).

7 w przeszłości handlu tylko się trudnili żeglugą, obecnie

⸗ Zawrzeć więc obligacyi dla trzeciego nie można, iako tylko sposobem ubocznym, n.p. per procurator. który na swoie imie zawiera a potem nam odstępuie. Sprzedać obligacyi, ustąpić nie można, tylko także per procur. robiąc tego procuratorem któremu chce ustąpić. — Albo per novatio.

⸗ w niebytności pana, żywią iego niewolników

⸗ De ejectis et effusis, chociaż mnie nie oblał, mógłby był oblać. Cóż iest contr.? co delict.?



‡ Namque non una est ac propria quaedam actio, praestationis genere atque origine definita, sed adiectio tantum aliarum actionum et singularis earum forma, quae propter certam debitoris personalem condicionem inducitur, ideoque si actione de peculio aliquem conveniri dixeris, prorsus incertum quid atque indefinitum pronunciaveris, nisi etiam certa quaedam actio, quae de peculio instituatur, designata erit (Keller de peculio p. 49).

In actione institoria et exercitoria licuit creditori vel me qui institorem aut exercitorem institueram adigere, vel ipsum institorem. JCti Romani dicunt tunc temporis *adiici novam actionem* (fr. 5. §. 1. fr. 1. §. 17. 24. D. de Exercit. act.) recentiores vero esse *actionem adjectitiae qualitatis.* In actionibus tam his duabus, quam illis quatuor repraesentamur per alios, quod ni acciderit nulla obligatio erit. Obligatio enim tertio non contrahitur, cum necesse sit ut initium sumat ex persona ejus qui contraxit obligationem (fr. 11. D. de Obl. et Act.).

CAPUT XIV.

Ex quibus causis obligationes nascantur?


Ex variis modis obligationes nasci possunt; nascitur enim obligatio, ex voluntate personarum utrinque intercedente ad obligationem contrahendam. Oritur itaque obligatio ex contractu, vel quasi ex contractu, ex delicto val quasi ex delicto (§. 2. Inst. de Obl. fr. 1. pr. D. de Act. Hugo R. RGesch. §. 127. §. 231. §. 237. §. 363.). Est autem *contractus* conventio de obligatione contrahenda, quam persequi jam olim unusquisque potuit actionibus civilibus. Delictum vero est factum illicitum sponte admissum, in quod jam veteres leges actionem concesserunt.

Quoties de obligationibus ex consensu loquimur, non solum ~~eas~~ obligationes ~~quae~~ ex contractu ortas ~~sunt~~ subintelligimus, sed omnes ex quacunque conventione originem sumentes. Id quoque de obligationibus ex delicto ortis subintelligendum erit, cum delicta omnes obligationes illas comprehendant, quae non solum ex delicto secundun jus antiquum determinatum et cöercitum oriuntur, sed quae ex omnibus illicitis factis deriventur.

Obligationes quae neque ex contractu, neque ex delicto oriuntur, *ex variis causarum figuris* ortae esse putantur; quas in unum reducere non possumus, cum varii generis variaeque speciei sint.

JCti recentiores cum afirment esse obligationes ex contractu et quasi ex contractu, et delicto et quasi ex delicto, putant differre eas ab illis obligationibus, quas ex variis causarum figuris ortas diximus, novaque vocabula quibus illa designent excogitaverunt; dicunt enim deprehendi obligationes appellatas *quasi contractus*, *quasi delictum*. Sed hoc minus recte dictum est, nam si has obligationes ex variis causarum figuris ortas recte consideraverint, viderint, similes eas esse tam obligationibus ex contractu, quam ex delicto ortis. Nihil itaque opus est, ut illas, ~~utpote~~ diversum genus

quasi essent



esse invenimus, ut omnem fere obligationum causam denotet: (fr. 20. D. de judiciis c. 27. C. de fide instr.)
Sin vero accuratius notionem exhibeant Romani, tunc demum contractum esse negotium dicebant,
quando ab utraque parte aliquid est praestandum, aut si definiente Labeone (fr. 17. D. de V. S.) ultro
citroque obligantur partes. Quod quidem duplici modo fieri potest, <u>nomine</u> (Cujacius Obs. II. 15.) si ex
antiquissimis temporibus sola conventione inter partes de aliquo vicissim praestando obligatio nasce-
batur et singularis exinde concedebatur actio. <u>causa</u> si eo fine aliquid praestitum est, ut alter
aliud quoddam praestaret; neque vero jam tunc, quando quis rem alienam ab altero habet,
sed tunc demum, quando ad aliud quoddam praestandum exinde tenetur. Ubi vero sola liberali-
tas unius partis est conspicua, neque contractus neque obligatio civilis inde nascitur; hinc do-
natio apud Romanos contractibus haud adnumeratur (fr. 17. D. de praescr. verb. c. 17. C. de fide
instr.) Bückell. § 6. 7.

A za tém obligatio ex consensu nie tylko iest w ten czas kiedy zachodzi contract, czyli umowa podług dawney formy contractus, lecz i w ten czas kiedy umowa iaka kolwiek zachodzi pactum. Z takich paktów skargi można przed pretorem ieśli słuszności wymaga. (Contractum in sensu quidem improprio interdum tam late adhibitum)

Toż samo rozumieymy przez delictum. Dawniey tylko to było delictum, na co wyznaczona została kara w XII. Tabl. Od czasów pretorów toż samo tu obserwowano co w contractus i pacta.

Zgoła można powiedzieć: że ile razy nie zachodzi umowa w prost, albo przestępstwo popełnione w prost, że zaszła umowa, albo że zaszło przestępstw. indirecte n.p. de effusis, de pauperie animalis. Te wszystkie nazywaią się ex variis causar. figuris.

Quoties locus regulae est: nemini dolus debet prodesse: toties obligatio quasi ex contractu nascitur.

₮ Glück Tom. I. p. 22. §97. Patrzyway utrzymuie teoryą: wspomnieć tu wypada że lubo Gaius i Justyniana przyiumuią podział ~~obligacyi~~ na contract. ex delict. quasi ex contr. q. ex del. (osobnie dwie nazywa inaczey Gaius ex variis causar. figur.) podział ten żaden iest nie potrzebny. dotąd iest podzielić ie na oblig. stricti juris, b. fidei. (Gans. R. R. Obl. p 101.)


₮ Jest wola ~~...~~ dwóch lub wielu osób oznaczona, którą daią poznać że chcą zawrzeć umowę. A iednakże powinien być tylko ieden cred. ieden debit.? I tak też iest bo tylko cred. z iedney a tylko debit. z drugiey za iedną osobę uważaią się.

₮ Lecz iakże tu oznaczyć wolę? O tém niżey.

I Są rozmayte umowy, z których iedne są kontraktami, inne nie. — Co więc contractus lub pactum, lecz nie są obligat.

₮ Że należą do prawa Narodów

₮ Tu trzeba dobrze rozróżnić te wyrazy contractus, pactum, obligatio. Wyrazowi bowiem umowa odpowiada, lecz nie zawsze, wyraz obligatio. Jeżeli taka umowa tako iest uważana w prawie, że przechodzi granice sędziego, chociażby ią podciągnąć w obręb swych działań, nie iest contractus, pactum, obligatio, iako tylko co do słowa n. p. małżeństwo tak uważane iako go prawo Kanoniczne uważa. Pam. Warsz. z List. i Grud. 1820.



genus obligationem novis vocabulis obvolvant, cum similes sint, derivatis ex variis causarum figuris.

Consideremus nunc obligationes ex contractu ortas?

Praeter supra propositam definitionem contractus, non inepte dixeris: contractum esse consensum voluntatis declaratum plurimorum, quo consensu, obligationem inter se ut intercedat, indicant.

Unde patet ad ineundum contractum unam personam non sufficere, sed duabus vel pluribus opus esse, quae voluntate sua declarata, inter se de specie obligationis convenerint. Quae declarata voluntas cum ab omnibus requiratur qui obligationem ineant, patet, nisi mutuo consensu inter illas personas intercedente, obligationem fieri non posse. Si aliqua qualitatum hic a nobis enucleatarum deerit, nulla erit obligatio.

Si quaerimus circa quaenam objecta obligationes versari debeant, totidem obligationes inveniemus, quot objecta rerum. Sunt enim *pactiones* vel *publicae* (fr. 5. D. de Pactis), de quibus non agimus; vel *privatae*, et quidem 1, quae ad jus familiarum referuntur, v. c. de matrimonio contrahendo. 2, ad jus rerum, v. c. obligatio de re tradenda, de servitute constituenda, de pignore contrahendo. 3, pactiones de obligationibus contrahendis, de quibus hic praecipue agimus.

Cf. Portalis (in Conference du Code Civil Tom II. p. 123), qui dixit: -- le contrat de mariage comme tous les autres contrats, ne pouvait etre rompu sans cause. Maleville (ibid. p. 126) Les Romains --- mettaient le contrat de mariage sur la meme ligne que les autres contrats. O boni homines, cujus generis contractum putasse Romanus matrimonium formalis? Certo contractum consensu initum. Sed nunc e vobis quaero utrum Locationem Conductionem, vel Emphyteusin, vel, quod magis forsan vobis placet, contractum quendam incertum, v. c. Do ut des!

Errant recentiores qui obligationem id solum appellari posse dicunt, ad quod praestandum, faciendum, vel dandum, actione cogimur. Quod quam ineptissime dictum est. Quid enim, estne secundum vestram opinionem, homines sapientes, matrimonium similem obligationem Locationi Conductioni? Affirmatis hoc praeclari compilatores Codicis Napoleonei, quibuscum ego non consentio, cum ad mentem Juris Canonici affirmem: matrimonii contracti praecipuam partem esse non carnalem copulam, sed mutuum amorem inter conjuges intercedentem, ad officium utrinque sibi praestandum; ad quod nulla actione me adigi posse, cuique vestrum persuasum puto, nisi sana ratione destituti estis. 24)

Ut autem ad obligationes ex contractu ortas revertamur, observandum erit, esse conventiones, ut cum recentioribus loquamur: 1, *unilaterales*, si aliquis mihi praestare rem tenetur, qualis obligatio in mutuo dando occurrit. 2, *bilaterales*, si tam debitor creditori, quam creditor debitori praestare cogitur, v. c. in emptione venditione. 3, *onerosas*, si tam creditori quam debitori lu-

24) cf. S. Augustinus in c. 3. C. XXVII. quaest. 2. Consensus -- cohabitandi et individuam vitae consuetudinem retinendi interveniens, eos conjuges fecit. Individua vero vitae consuetudo est, *talem se in omnibus exhibere viro, qualis ipsa sibi est, et e converso.*

ƒ iednoſtronna, dwoich ſtronna

F kontrakt contractus. Vner obligatio stricti juris
I umowa pactum

rozumiemy obligacyą taką, gdzie tylko iedna strona iest prawomocna do poszukiwania swego, na tym fundamencie że mi kto iest zobowiązany z lex, z czynności formalnie zawartey, albo z czynu do tychże podobnych, n. p. że ma rzecz moią bez żadnego tytułu do mienia. Z takiey więc czynności powstaie actio nie zaś exceptio: i takie skargi idą na dare a to czegoś certum, tak iż ten który czegoś żąda z takiey obligacyi albo wszystko co żąda otrzymuie albo nic. Temu są przeciwne bonae fidei judicia, czyli iak ie Cicero nazywa arbitria, w których ponieważ takiey zasady nie ma co do należytości iak w powyższych, nie idzie obligatio względem dare certum, lecz idzie o incertum, które sędzia wyśledziwszy skarżącey strony, o tyle zaspakaia, o ile sam interes wskaże iż iest pokrzywdzonym (id quod interest). Cicero pro Rosc. Comoed. 4. de Off. III. 17. Topica 17. Seneca de benefic. III. 7. — Nakoniec zważaymy na to, że wyraz contractus, znaczy zobowiązanie się zobopólne, gdzie wspólny obydwóch interess, i tylko niewłaściwie nazywa się ~~nie~~ stipulatio, expensilatio, numeratio, naruszeniem contractus gdy iedna strona ma interess. Ważne tu mieysca są fr. 19. D. de V. S. fr. 31. D. depositi c. 4. C. de Obl. et A. — Ile zaś razy na swego iedna tylko dochodzi strona to iest oblig. stricti juris.

crum ex obligatione cedit v. c. in locatione, conductione. 4. *lucrativas*, si solum, vel creditori vel debitori, lucrum cedit, v. c. in donatione. 5, *stricti juris*, si actione stricti juris persequi mihi licet obligationem. 6, *bonae fidei*, si ex obligatione actio bonae fidei nascitur (fr. 5. 6. 7. pr. §. 1. 2. 5. D. de Pact.).

Non sufficit ad instituendam actionem de obligationibus, quod in eam ineundam consensimus, sed requiritur causa civilis, sive opus est externa forma, ex qua cognoscere possit judex an negotium contractum sit (fr. 7. §. 4. D. c. 28. C. de Pactis). Fundamentum autem cujusvis contractae obligationis est ipsa *voluntas* quae obligationi contractae adest, quam judex nisi ex signis externis nunquam cognoscet, cum tam debitorem quam creditorem introspicere non possit. Putabant Romani esse opus quadam forma generali sive actu symbolico, ex quo cognoscere queas, obligationem contractam esse. Talis forma erat olim *nexus* et *stipulatio*, verbis solemnibus contractae obligationes. Nec quaerebatur, utrum obligatio haec literis concepta esset, cum jam ipsa expressa verba causam civilem parerent. Talis obligatio appellatur a Romanis *verbis contracta*, a recentioribus vero *obligatio verbalis*. Praeter stipulationem est quoddam aliud, quod justam causam parit: si ex parte alterius, alteri aliquid

§. 4. de eo quod pacta obligationem … p. 345.

fr. 49. §. 2. D. XV. 1.

w każdem prawodawstwie musi być formy 1, ogólne, pod które każdą obligacyą podciągnąć można, tak że z kilku takich obligacyi da się utworzyć obligacya jedna, taką była u Rzymian dawniey nexus, później scriptura 2, szczególna, która wyszła [illegible] przyczyny potrzeby wyrażenia się z obligacyi zawartey n. p. rzecz sama. U nas jest scriptura i rzecz charakterami.

datum, praestitumve fit. Talem obligationem appellant Romani *re contractam* obligationem; recentiores vero obligationem *realem*. Accedit *consensus* si v. c. apparet creditorem et debitorem in obligationem contrahendam consensisse, quod recentiores appellant *contractum consensualem;* JCti Romani vero *consensu contractam obligationem.*


Deficiente causa civili non nascitur contractus, sed *pactio nuda*, ex qua agere non possum, cum obligatio eo modo contracta, *obligatio naturalis* sit. Pactio itaque nuda, sive nuda conventio, non parit actionem sed producit exceptionem, cum contra obligatio civilis tam exceptionem quam actionem parit. Sunt tamen nonnullae conventiones, quae licet contractus non sint, tamen actionem pariunt, quales sunt *pacta adjecta, pacta in continenti adjecta*, quae ita contractui actionem civilem producenti accedunt, ut accessiones rebus principalibus, quod de specificatione agentes exposuimus. Vocantur autem ideo hoc nomine, quia contractibus civilibus accedunt, v. c. si domum emo possum cum venditore pacisci ut altius aedes extruat; quod pactum adjectum inesse putabitur obligationi consensu contractae. fr. 7. §. 5. D. de Pactis. Pacta autem adjecta insunt contractui.

inesse

Sunt praeterea pacta actionem producentia ex

[ea pacta insunt quae legem contractui dant, id est, quae in ingressu contractus facta sunt. n.p. kupuię konia i wymawiam sobie żeby mi go odprowadził sprzedaiący, nie może się tem bronić: że kontrakt zachodził kupna, lecz że osobne iest pactum, że o kupno tylko skarżyć możesz, o pactum nie. Wszystkie te pacta wyliczyć nie podobna, znaczniejsze są: 1, pactum reservati dominii, n.p. sprzedaię rzecz, lecz wymawiam sobie na niey dominium, póki nie otrzymam całkowitey zapłaty. 2, pactum reservatae hypoth. ieżeli daię sprzedaiącemu rzecz, ażeby tem był pewnieyszy że mu wypłacę. 3, pactum protimiseos, (podobne do jus retractus) że w przypadku sprzedaży mnie będzie dane pierwszeństwo w kupnie, którym sprzedał. Jeżeli iednak rzecz będzie sprzedaną windykować iey nie mogę; w czem różnica od jus retractus. 4, pactum de retrovendendo, (podobne do fiducia) że kupuiący odsprzeda mi rzecz, za wynagrodzeniem impensae utiles i necessar. 5, pactum addictionis in diem, że mi rzecz wolno będzie przed terminem komu innemu odprzedać, więcey offiaruiącemu. 6, pactum commissorium, 7, pactum displicentiae, że mi będzie wolno zerwać kontrakt.

7 Nazywać to legitimum iest to samo co mowić niedokładnie. Bo wyraz legitimum rozumiem czynności zasadzaiącą się na lex, uchwale, za zgodą ludu stanowioney, czyli na seymach. Uchwały senatu i postanowienia Imperat. nie odbywały się za zgodą ludu, więc nie są leges w znaczeniu ścisłym.



edicto praetorio, et vocantur *pacta praetoria.* Denique sunt pacta producentia actionem ex constitutionibus Imperatorum, quae recentiores *pacta legitima* vocant. Romani illa pacta legitima vocabant, ad quae ineunda formulae quaedam adhibebantur, v. c. si ad donationem stipulatione me obstrinxeram; vel pacta, quae ex XII. Tabularum legibus derivabantur, v. c. pactum de mittendo debitore, si alius eum vindicaverit. Donatio ex constitutionibus Imperatorum valet, licet formulis solemnibus ad eam constituendam donator se non obstrinxerit (cf. Dissert. mea de vita Decii p. 110.) In Digestis itaque legimus: tam Contractus sive illa pacta, quorum origo in antiquo jure Romano scrutanda, quam alia pacta, (sive illa quae ex edicto praetorio sive alio quocunque fonte derivantur) actionibus persequi mihi licere.

Solis vel ex

olim

c. 35. §. 4. 5. C. de donat.


Obligatio quaelibet contracta causam habet in exposito consensu nostro, ad pactum ineundum quod contraximus, idque ex signis seu forma externa conspici posse, supra diximus. Qualia autem illa signa esse debeant, cum etiam ipsa signa duplicis generis esse possint, nempe, quibus voluntatem nostram declaramus, et quibus significamus, defuisse voluntatem nobis, id quaeritur? Nec minus quando distinguere possimus,

Jakie wszystkie są znaki? jak ustanowić: że ten znak oznacza zgodę względem umowy, a któren jej brak? — Dosyć będzie wziąć strony użyć takiego znaku przez który oznacza się pospolicie że zgoda nastąpiła do zawarcia umowy. Niechay więc potem mówiący jako naybardziey utrzymuje: że tylko znakiem tym oznacza się zgodzenie nastąpioney umowy, że on jednakże znak ten za taki uważać nie chce; będzie na moiey stronie sprawiedliwość.

adfuisse pacto inito tale signum, quo certiores fiamus, de obligatione volentibus nobis inita? Denique quid sit constituendum, ne externa forma contractuum incerta et indeterminata vagetur? Equidem puto hoc fieri tunc posse, si receptum erit, supputatum iri obligationem contractam esse, si secundum certam et determinatam formulam contracta fuerit, at contra nullam obligationem futuram. Nec oportet ut formulam talem legislator praescribat, cum sufficiat ut illa formula usu inter homines valeat, omnibusque probata sit. Nam si legislator contra facere voluerit, idem experiretur, quod experti sunt illi qui verba nova finxerunt, eaque ut in sermone quotidiano homines adhiberent, voluerunt. Formulas tales, et quidem certas et determinatas, ab antiquissimis temporibus Romani habuere. Receptum enim apud eos fuit, si creditor debitorem de contrahenda obligatione certis et determinatis verbis quaesierit, et debitor ei *iisdem verbis* responderit, obligationem contractam esse, nec debitorem excusari posse, obligationem inire noluisse, cum ipsis verbis, ore prolatis, voluntatem suam declaravisset. Id vocatum esse *stipulationem*, dictum est supra. Postea visum est, ut promissiones hujus generis literis exprimerentur, ut etiam oculis quisque inspicere posset, esse obligationem contractam. In recentioribus juris

‡ W każdém prawodawstwie które się z ducha Narodu rozwinęło, większa część ustaw ze <u>zwyczaiu</u> pochodzi niż przepisów. Reprezentuiący naród nad tém tylko czuwać powinien czy te zwyczaie odpowiadaią potrzebie? czy są szkodliwemi? — Lecz przepisywać dla nich formy, iest to samo co nakazać im prawa. Co pochodzi z przekonania ludzi iest trwalszem, niż co z przepisu. Widziemy to w kształceniu się ięzyka, niechay sto razy przepisuią Gramatycy reguły, iednakże ieżeli się nie spodobaią nie zostaną użytemi.

Znakami więc zawartey obligacyi były dawniey res; potem verba które wyrażano później na piśmie, ztąd literae. Odtąd kiedy handel wzrastał się począł, przypuścili, że i consensus, jest dostatecznym do zawierania obligacyi. Stąd widziemy że 4. były formy na których się obligacye wszystkie wspierały, iak i 4. przyczyny z których powstawały kontrakty, to iest: obligatio ex contr.; quasi ex contr.; ex delicto; quasi ex delicto.



Codicibus formula scripta solum occurrit, praecipuaque et solemnis habetur.

Sed quaeri potest, quid tunc fiet, si ad illa solemnia verba pronuncianda coactus fuero? Num etiam tunc de obligatione contracta tenebor? Hanc gravissimam quaestionem recte absolvere non poterimus, nisi paulo altius rem repetierimus.

Obligatio contracta vel statim cum contrahitur ejus generis esse apparet quae exsolvi non potest, vel quae irrita fit posteaquam contracta erat. Si talem obligationem promitto, quam me exsolvere non posse recte scio, de dolo vel culpa teneor. v. c. si ignaro homini rem extra commercium vendo. Si vero talem quae etsi contracta fuit, irrita esse apparebit, distinguedum est 1, utrum id factum ratione physica v. c. si alicui promitto digito coelum attingere, vel 2, utrum ob turpem causam; si furi me socium promitto. Incidunt in haec genera obligationum etiam illae quae turpem causam perpetrandam adjuvant. Omnes obligationes ejus generis, si per stipulationem eas inieram ipso jure valent, nam secundum formulam certam contractae erant, sed per exceptionem perimuntur (fr. 9. §. 3. D. quod metus causa). Si vero non ob turpem causam, sed vi vel metu adactus aliquis se obligaverit, re vera supputanda erit voluntas sese obligantis, sed cum

* nie przymuszony

Których nie obiecuję razem z nim kraść, lecz [illegible] innym sposobem wspomagać go.

justa causa adsit, qua judex motus dubitare possit de certa voluntate sese ad hoc negotium obstringentis, videamus quid Romani de hac re statuerint. *Vis* duplicis generis est: 1, necessitas imposita contraria voluntati, majorisque rei impetus qui repelli non potest, teste Paulo (fr. 2. D. Quod metus causa). 2, quae alterum invitum cogere potest ob instans vel futurum periculum (fr. 1. D. eod. titulo). Vim illam adpellant recentiores vim *absolutam*, hanc *compulsivam*. Si illa vis adhibita erit, nulla obligatio nascitur; si haec, dubitari potest num nascatur, quia qui ob metum aliquid voluit, *coactus voluisse* adparet, ut JCti Romani loquuntur. Quam sententiam nos sequimur. Nonnulli citant loca quae contradicere videntur, sed nullam inesse contradictionem ostendimus in Dissertatione de vita Decii p. 92.—96. Ut paucis hanc rem absolvam, non potest negari, eum qui coactus voluit, teneri de obligatione exsolvenda, sed observandum erit, visum esse Romanis, per exceptionem metus inefficacem talem obligationem reddi opportere, cum obligatio ita contracta, *contra bonos mores* contracta sit (fr. 116. D. de R. J.). Id ipsum dicendum est, si alter alterum dolo adegit ad obligationem ineundam, sive fecit ut ille falsa opinione imbutus libentius contraheret, quam contraxisset, si illa opinione imbutus non fuisset. Etiam hic pro-

7 n. p. Caninius oszukany w Syracusii.

7 n. p. iestem uwiedziony do kupna, muszę mieć wolność albo kupno zerwać ob dolum, albo żądać tylko wynagrodzenia o ile oszukany zostałem

7 Fałszywe mniemanie może być albo 1, w kupioney rzeczy, albo 2, w kupnie samey rzeczy. Co do 1, może być fałszywe mniemanie a) quoad corpus, b) quoad substantiam.

7 n. p. naymuię ogród fruktowy, pokazuie się że większa część zmarzła drzewa, lub naylepsze; ieżeli mnieysza część albo drzewka z nienaylepszym owocem iest error in qualitate, lecz nie tego rodzaiu któryby zrywał obligacyą.

ferri possit voluntatem ei fuisse obligationem ineundi. JCti Romani tamen recte putarunt *contra bonam fidem* tales obligationes esse, ideoque per exceptionem doli removeri debere. Nonnunquam omnis obligatio ejus generis inefficax fit, nonnunquam solum pars ejus, quo casu, recentiores dicunt: *adesse metum causam contractui dantem*, vel: *adesse dolum, aut metum, obligationi incidentem.*

Denique observandus erit, qui etiam obligationem irritam reddit, *Error.* In hacce theoria duplex genus erroris occurrit: 1, error quo *objectum* contractae obligationis vitiatur, qui consistit vel in corpore, si v. c. puto me fundum Cornelianum emere, cum tu fundum Sempronianum mihi vendas; vel error *in substantia*, si v. c. puto eximiae bonitatis fundum a me emptum esse, cum mediocris sit. Quod errorem ~~in substantia~~ adtinet, qui et error in *qualitate* dicitur, observandum erit, esse qualitatem vel talis generis, qualis, si defuerit, pretium rei admodum diminueretur, vel esse generis talis, quae, licet abfuerit, non admodum rem mutat. Si ille adest error, obligatio rumpitur, si hic, salva obligatio manet. Quid autem eximiae bonitatis rem, quidve mediocrem faciat, nullo modo praedestinari potest, sed ex ipsa re et facto de quo agatur, coniciendum erit.

In vasibus aeneis, metalla sunt quae qualitatem faciunt; si itaque puto me aureum vas emisse, cum argenteum emerim; nulla obligatio erit; sed si pignori res datur, cui aliae qualitates atque re vera habeat, insunt, recte pignus contractum erit. (fr. 57. D. de O. et A. fr. 11. §. 1. fr. 14. D. de contr. empt.) 2, error rationi contractae obligationis incidens, tunc intercedit si opinionibus certis ducti ad obligationem contrahendam inclinamur. Hoc si accidit, mei ipsius culpa id factum putabitur. Si itaque quodam loco aedes emero, quod me ibidem habitaturum puto, atque si cognovero falsum me esse mea ipsius opinione, obligatio non vitiatur (fr. 56. §. 2. D. de Cond. indeb. fr. 18. §. 3. D. de dolo). Excipitur, si puto me jure obstrictum, v. c. ex testamento ad emendam rem aliquam eamque legatario praestandam, et postea apparuerit testamentum ruptum; nulla obligatio enim tunc erit, quia error juris adversario meo nocebit (fr. 5. §. 1. D. de Act. empt. fr. 51. pr. §. 1. D. de Pact.). Contrahimus obligationem, vel pure, vel sub conditione. *Conditio* autem est futurus rei eventus, et quidem fortuitus; vel est factum a cujus eventu negotium pendet. Quam ob rem in conditione futurum praecipue obversatur, licet in praesens vel praeteritum conferri condi-

ǂ n. p. daie mi kto na fant pieniędzy bo się spodziewa że dostawszy w zastaw ogród móy będzie zbierać w nim owoc dobry. Daie mu inny ogród równey wartości gdzie nie tak dobre owoce. Niesłusznie i naymie

|||

ǂ teraz lub na przyszłość

ǂ ciężko się dzieie ǂ działo

‡ Lecz kiedy można zawrzeć obligacyą in praesens, zatem zła iest definicya obligacyi futurus rei eventus? Wyraźniey, bo ta zawsze iest teraźnieyszości w teraźnieyszości. — Quae cum aut statim perimant obligationem, aut omnino non differant, at

—.

‡ Zatore się że przyjaciel moy zostanie konsulem; gdy już dawniey umarł. Tu: nie iest i bydź nie może. — Ex aequo Jure Javolenus, si ita legatum esset, cum filia nupserit, et non vivo testatore iam nupta fuerit, alterum matrimonium expectandum esse contendit fr. 68. D. h. t. End. p. 26.

‡ I te podziały dalie bydź mogą

† Romani saepe in testamentis valde stulta scribebant, execrabantur servos et libertos ingratos, iisque restem sparteam et clavum legebant, ut sibi collum alligent fr. 17. D. de adim. leg. fr. 24. §. 8. D. de fideicom. lib. — Widziemy więc z tego wszystkiego 1, że umowy stricti juris ‡

‡ Jeżeli iest dolus error, i t. d. tylko przez except. są nie ważne; 2, bonae fidei n. p. consensu contr. są nieważne ipso iure.

‡ Tem się różni ta obligat. od contractus, że kto zaciągnął przez delict. obligat. musi bydź naprzód skarżony o to że zaciągnął, a potem o to żeby wypłacił.

I Cóż iest delictum? quod non iure fit; lecz nie zawsze. Są niektóre delicta, na które idzie actio rei persecut. (wynagrodz. ukradzioney rzeczy, lub iey oddanie), actiones poenae persecutor. (oprócz oddania rzeczy, poniesienie kary pewney pieniężney.). Pewna idzie i na sukcessor. druga tylko po litis contest. iako zamieniaiący karę owszem w pieniężną karę.

recte Modestinus fr. 100. D. de V. O. verae conditionis virtute, quae forte in eo consistit, ut dispositionem in eventum differat, eiusque effectus reddat suspensos, omnino destituuntur. Nunquam igitur placuisse, Papinianus monet fr. 120. D. de V. O. fr. 39. D. de R. C. instar habere conditionis talem sermonem, qui non ad futurum sed ad praesens tempus refertur, et si partes rei veritatem ignorent. Lindeman, de implend. condit. temp. Marb. 1770. § 22.

tio possit, teste Pomponio fr. 16. D. de injusto rupto. Dividuntur Conditiones, ut cum recentioribus loquamur: 1, in *suspensivas*, sive conditiones, a quarum eventu pendet, ~~num~~ utrum obligatio contracta, exsoluta vel non exsoluta, fuerit. Obligationem eo modo contractam *pendere*, ICti Romani ajunt; *impletam* vero eam esse, si factum acciderit; *deficere* obligationem si apparuit ea nec impleta esse, nec impleri posse. 2. in *resolutivas*, sive tales conditiones, quarum eventus facit, ut obligationes contractae resolvantur. Obligationes ejus generis ita ut supra expositae dividuntur in pendentes impletas et deficientes. Quod autem obligationes deficientes adtinet, observandum erit, posse vel ab initio vel postea apparere obligationem contractam fuisse talem quae impleri non poterit, v. c. si aliquis promittere me jussit, digito coelum attingere; tunc obligatio non impleta pro impleta habebitur. Brissonius s. v. *conditio*.

Ex quolibet *Delicto* nascitur obligatio, non quidem obligatio talis quam statim jure persequi possimus, sed nascitur inde actio quam instituere non prohibemur contra delinquentem, ut damnum nostrum sarciat. Non semper tamen delictum committitur, si meum jus laeditur, nam si v. c. Sempronius a Titio domum emit quae mea est, eamque inhabitavit, jus

meum certo laesit, nullum tamen delictum esse commiseum puto. Delictum itaque hoc modo intelligendum est, quo monuimus supra. Potuit autem quadruplici modo jus meum laedi, si furtum, damnum injuria datum, si injuria commissa fuit, et si bona vi rapta habui. Delictum majus vocatur *Maleficium*, quapropter differt delictum a maleficio. Hinc derivatae obligationes duplici modo dividuntur: 1. in poenales, et 2, in rei persecutorias. Maleficium autem tam poenam quam persecutionem rei flagitat. De his omnibus fusius infra tractabo.

Raro in delicto commisso per alios repraesentamur, v. c. nunquam in furto, nam si Sempronius Titium furari jusserit, uterque punietur. Quid tamen, si, inscientibus nobis, illi qui in nostra potestate sunt delictum commiserunt, nonne per eos repraesentari nos putabis? Diximus supra jus nostrum per servum vel filium fam. augeri, nunquam vero diminui posse, nisi scientibus nobis debitum contraxerunt. Quod hic referri non potest, nam ex delicto a servo commisso dominus accusatur. Actio tunc contra dominum servi datur, ac si ipse noxam meruisset. Nam si ita constitutum non esset, contra servum nunquam agere possem. Quod si poenam et rem creditor persequitur, datur actio contra dominum in rem, in poe-

ǂ Że iest przestępstwo określone iuż dawném prawem.

ǂ ieśli mię raz kto skrzywdził ǂ skrzywdził mnie samego.

I tém się różni: że każde delictum popełnione oczywiście za pomocą gwałtu zowie się malefic. n.p. rabunek. Nie koniecznie, żebym nastawał o ukaranie za kradzież, lecz za malefic. muszę, bo na tém szkodzie Rzpp.

ǂ każdy za swego niewoln. odpowiada, za syna

[Tu miała polityka Rz. wielkie pole do oszukaństwa, iak to się pod Caudium pokazało. — Jednakże trzeba wspomnieć, że taka servitus (noxae datio) bardziej była szczytna, bo ieżeli fil. fam. a podług Just. (§. 3. J. de nox. act.) nawet niewolnik odrobił swoie, za winę, musiał bydź uwolniony Lb. R. et M. C. II. §. 3.

I Jstotnie n.p. ieżeli sąd między nami sprawę rozstrzygnie, iest obl. sublata ipso iure; ieżeli na mieysce cywilney obl. stawiam naturalną, będzie ⸗ except; ieżeli umowa między deb. i cred. zaydzie o umorzeniu obl. będzie liberat; ieżeli zapłata gotowa solut. Jednem słowem wszystko można redukować na wyraz solutio i iakimkolwiek sposobem rozwiązana będzie obligacya. Jednakże przez solutio rozumiemy <u>wyliczenie pieniędzy</u>.

nam vero contra eundem ita, ut, si velit, servum suum poenae dedat, quod appellatur *noxae datio.* Omnes autem noxales actiones caput sequuntur (Gaii Comment. IV. 77.), Niebuhr l. c. p. 5. 6. T. II.]

~~CAPUT XV.~~

~~*Obligatio contracta quomodo dissolvatur?*~~ 4. 7. quomodo obligat. dissolvantur § 354.

Inst. III. 30. Gaius III. 168. 181.

Non solum si obligatio contrahitur, sed etiam si dissolvitur, diversi juris esse apparebit ac Dominium. Dominii enim ea natura est, ut quanquam dissolutum est per venditionem, naturam suam non mutet, licet ad aliam personam, at apud quam eousque fuit, transferatur. Obligationes contra cum dissolutae sunt, statim perimuntur (cf. Inst. III. 30. Hugo R. RGesch. §. 129. §. 131. — 133. §. 364. 429.).

Solvitur obligatio vel *ipso jure* vel *per exceptionem*, vel, ~~ut verbo technico utar~~, *liberatione ab obligatione* dissolvitur obligatio (fr. 47. D. de V. S.), vel *solutione* dissolvitur obligatio.] Utroque modo obligatio soluta, ipso jure dissoluta putatur. Verbo tamen solutionis saepius de ipsa numeratione pecuniae ad debitum solvendum utimur.

Dissolvitur obligatio, 1, ipso debitore agente sive debitum praestante quod] *Solutio* vocatur,

et tunc obligatio ipso jure dissoluta esse dicitur (Gajus in Comment. III. 168.). Solutio autem nisi ab ipso debitore praestari non potest, et quidem eadem quantitate et qualitate qua praestitum erat. Cum tamen aliae obligationes sint, quae nisi a debitore ~~recte~~ non praestentur, aliae vero ejus generis, quas, qui praestiterit, parum faciat, itaque videre licet, esse obligationes, quae etiam ab extraneo recte solvuntur, adeo, ~~quidem~~ ut etiamsi nolente vel nesciente debitore, recte dissolvantur. Quid tamen potestne idem de creditore dici, nempe, ut nolente eo vel nesciente debitor sit liber, si alium debitorem substituit creditori? Quod affirmandum est, cum debitori concedatur, si creditor debitum oblatum accipere recusaverit, pecuniam obsignatam in judicio deponere, ut ipso jure liber sit, nec jam usuras ab eo inde tempore solvere cogatur. Solebant homines apud Romanos, cum debitum contraherent, tertium aliquem adductum, qui *adjectus solutionis causa* vocabatur, obligare ad debitum id, quod contraxerunt, exsolvendum (fr. 106. D. de Solut. et Liberat).

2. Solvuntur autem, vel solvi possunt, obligationes eo modo, quo contractae erant, cum nihil tam naturale esse visum sit Romanis, quam eo genere quidque dissolvere quo colligatum est (fr. 35. fr. 100. D. de R. J.). Cum

† Pod tym wyrazem solutio, rozumie wszelkie zniesienie obligacyi, iakiego kolwiek bądź rodzaiu, byle tylko to rozwiązanie obligacyi odpowiadało iey wartości

‡ Nie potrzeba koniecznie ażeby płacono pieniądze za rzecz, lecz dosyć kiedy rzecz za rzecz.

† obligacye ex delicto lub ex malef. tylko przez osobę popełniaiącą też obl. mogą bydź umorzonemi. Tu więc sam debitor działać musi.

‡ Wszakże sam sąd będzie debitorem.


I z stąd się przekonywamy że debitor mógł sobie wybierać nie tylko samego creditora dla odebrania należytości. Jeżeli kto za mnie zapłacił, mogłem nawet zaręczającemu zapłacić nie w przód creditorowi. — Ponieważ iednak wiele na tém zależeć mogło, kto mi wypłaca za obligacyą i iak? dla tego radzi Justynian przy zawarciu obligacyi stypulować sobie karę na przypadek, gdyby kto inny, lub nie w tym sposobie iak żądamy, wypłacał nam obligacyą §. 7. J. de ~~duob~~ verbor. obl.

Ɨ Jeżeli komu donacyą uczynię, mocą obligacyą wypłacić, wyjąwszy ieżeli mi ią dawnię, czyli donacyą uczyni ze strony swoiey. Jeżeli ceduię komu obligacyą, czyli pozwolę, ażeby iako prokurator ściągnął z dłużnikami w moim imieniu, nie mogę na powrót otrzymać tychże pieniędzy od niego chyba ieżeli mi ich nie ustąpi przez cessio, t. i. ceduiąc mi równie dług swoy u kogo innego; lub ieżeli dla mnie nie zrobi donacyi.

Ɨ. Forma generalna zawierania obligacyi była w średnich wiekach Hist. prawa Rz. stipulat. w nayspóźniey było scriptura w naydawniey było nexus, tem się różniący od stipulat. że przez format. powinien był creditor wspominać summę wraz iż na brali w przytomności 5. świadk. i 6go który wagę trzymał. Tym sposobem nabierał iako nayważniey pewności na dłużniku, bo to stanęło za wexel. Tymże sposobem musiał się debitor uwalniać (per aes et libr.). Później wynalazł formułę Aquil. Gallus, przez którą wszelkie obligacye znoszono (stipul. Aquil.).

Ɨ Sprawuie kto moie interessa (negot. gest.) czy mam także i iego sprawować?

Ɨ Daię, czyli pożyczam komu pieniędzy; uwalniam go od oddania, to zowie się remissio.



58

itaque verbis vel literis debitum contractum fuit, potest verbis dissolvi, interrogante debitore et respondente creditore, ita ut in stipulatione id factum vidimus. Id appellabant Romani *Acceptilationem*, (Gajus in Comment. III. 169.) cum ~~debitor creditorem interrogaret~~, num debitum acceptum habeat. Idem observatum est, in *donationibus* et in *cessionibus in solutum*.

creditor debitorem interrogaret: num ferret acceptum? atque hic rursus creditorem.

3, est etiam alia species imaginariae solutionis *per aes et libram*, quod et ipsum genus certis in causis receptum est: veluti si quid eo nomine debeatur, quod per aes et libram gestum est, sive quid ex judicati causa debitum sit (Gaii Comment. III. 173.). Quonam autem modo obligationes consensu contractae dissolvantur, ex ipsa natura rei adparet. In obligationibus ex variis causarum figuris, nec minus ex delicto et maleficio ortis, locum id non habet, ridiculum enim esset furtum furto luere velle. Quaeritur autem, num in obligationibus re contractis idem observatur? Quod negandum est, nam si mutuam pecuniam acceperam, non necessarium est ut debitum luam pecunia mutuo data, cum quaelibet solutio debiti sufficiat. Quid itaque, si eam pecuniam creditor debitori remittere vult? Tunc pactione de hac re inita sese liberabit ~~quo casu obligatio ipso jure valebit, sed, per exceptionem pacti, debitor sese tueri poterit, si~~

~~creditor hoc remissum debitum repetere volue-sit.~~ Unde adparet, quamlibet obligationem posse tolli ~~vel Contractu, vel~~ pactione.

4 Tollitur praeterea obligatio *Novatione*, (Gajus in Comment. III. 176.), quae quid sit, supra exposuimus. Plerique tamen recentiorum verba illa non intellexerunt, cum dicant: semper intercedere novationem, si obligatio nostra in novam obligationem, quae ab hinc inde tempore currat, mutatur. Sed secundum eorum opinionem si conductori locator rem furatus fuerit, per novationem semet exsolvisse videretur. Verba itaque illa Ulpiani de novatione ita intelligenda sunt: quamlibet obligationem posse mutari in obligationem certa formula praeditam, qualis stipulatio et obligatio literis contracta, est. Si itaque ex variis causis debitor mihi tenebatur, potui per novationem id mutare in obligationem ex stipulatu. Mutatio obligationum eo modo illis praecipue commoda erat, qui ex variis causis sibi competentes obligationes in unum redigere volebant, ut eo facilius, in stipulationem mutatas illas obligationes, per acceptilationem peremerint. Itaque quod mihi ab aliquo debetur, id si velim tibi deberi, opus est, ut jubente me tu ab eo stipuleris; quae res efficit, ut ille a me liberetur, et incipiat tibi teneri (cf. Gajus in Comment. II. 30). Dicitur nonnuquam novatio *expromissio*, minus tamen recte, cum Ex-

† Zamiana iedney obligacyi na drugą zowie się ~~obligacy~~ novatio, lub zamiana obligacyi kilku na iedną obligacyą n. p. mam obligacyą naturalną i cywilną obydwie wynoszą 100; moy przeciwnik ma u mnie obligacyą cywilną wynoszącą 120. Ja z mnogo dwóch obligacyi robię iedną i dopłacam 20.

I Nie każda obligacya przez obligacyą inną zastąpiona czyni novacyą

† Szczególniey do tego była przydatną novatio, azeby rozdrobnione obligacye pochodzące z rozmaytych przyczyn w iedno zebrać, w formę generalną, stipulatio; dla zniesienia teyże formy przez formę inną generalną, umorzającą, czyli przez acceptilatio.


† Może nawet i w ten czas nastąpić novatio, kiedy stypuluię sobie od kobiety 100, ieżeli za wiedzą męża lub opiekuna ważna iest stipulatt. Umawiam się z creditorem moim, ~~xx~~ i przekazuię mu debitorkę. Creditor powinien z nią zawrzeć stipulacyą na nowo i to w przytomności opiekuna, inaczey traci, upada albowiem obligacya u mnie ~~ss~~ novatio.

I Gdy razy zachodzi novatio taka, że na mieysce moie stawiam innego Debitora, może się taka novatio nazywać expromiss. Jednakże generalnie nie można tako nazywać novacyi, ponieważ ta zawsze się rozumi kiedy mieysce iedney obligacyi nowa zastępuie.

‡ Zostaie także obligacya umorzoną, przez ostateczne zeznanie świadków iako się sprawa ma względem obligacyi. Tem samem że świadkowie zeznali, powstaie nieiako obligacya nova, czyli dawnieysza się obligacya nie uważa, tylko ta nowsza ex litis contess. — Każda litis contestat. uważa się za kondemnacyą, lecz nie przeciwnie.

‡ Tem się różni od novatio, że novatio staie się za zgodą przedstawionego debitora nowego, gdy tymczasem delegowany debitor nie wie że iest debitorem, aż dopóki nie upomni się o dług creditor.

‡ Więc nie może być compensatio kiedy n. p. za 100 korcy zboża zabiera mi kto kilka książek których wartości odpowiada 100 korcom? nie może! Bo rzecz za rzecz tylko może iść kiedy zachodzi solutio a to za zgodą osób. Lecz tu właśnie mogę takąż wartość do książek tylko przypisywać, która się ocenić nie da. Może więc zatrzymać moie książki w sekwestr. dopóki nie zapłacę lecz kompensować nie mogę.



Expromissio sit promissio per stipulationem ab expromissore, id est novo debitore, data; vel, ut cum recentioribus loquamur, cum sit *stipulatio passiva.*

5. Tollitur obligatio *Litis contestatione*, ~~modo si legitimo iudicio fuerit actum~~. Nam tunc obligatio ~~quidem~~ principalis dissolvitur, ~~incipit autem~~ reus ~~teneri~~ litis contestatione. Sed si condemnatus sit, sublata litis contestatione, incipit ex causa iudicati teneri. Et hoc est, quod apud veteres scriptum invenimus: ante litem contestatam dare debitorem oportere, post litem contestatam condemnari eum oportere (Gajus in Comment. III. 180.).

vero incipit teneri.

6. Tollitur quoque obligatio *Delegatione*, si creditorem meum alii delego ut ei, ex sua re, debitor delegatus solvat. Delegatio ejusmodi appellari potest mandatum, cum alii mandem ut creditori meo exsolvat.

7. Nec minus *Confusione* obligatio tollitur, si creditoris mei heres factus sum.

8. Item *Compensatione* obligatio tollitur, si creditoris mei debitor fio; qui ex alia causa debitor meus est. Hoc tamen tunc accidit, si ejusdem qualitatis et quantitatis obligatio inter nos intercessit, v. c. si de re sic dicta infungibili creditori meo teneor, qui aeque de infungibili mihi tenetur. Sin minus, debitum ~~dte~~ ex alterius parte adest,

alter pro parte debitum excedente tenetur. Obligatio hoc casu non tollebatur olim nisi per exceptionem, et quidem per exceptionem doli, qua repellere poteram creditorem meum, cujus ego ipse creditor evasi. Justinianus (c. 16. C. de Compens.) statuit: ipso jure per compensationem obligationem tolli ~~posse~~.

9. Tollitur obligatio *Praescriptione*, ut supra dictum.

10. Tollitur denique obligatio, et quidem ipso jure, per *Rem judicatam* et *Jusjurandum*. Tunc per exceptionem rei judicatae ab obligatione liberor, salva tamen naturali obligatione. Quod si juramentum de obligatione ~~mihi competente~~ debitori ~~meo~~ defero, isque juraverit, tam civilis quam naturalis obligatio perimitur, quia juramentum deferens, jam eo ipso consentire videor me velle obligationem meam perimi (§. 4. Inst. De except. fr. 2. D. de Jurejurando). Perimitur autem ideo naturalis obligatio, quia jusjurandum est juris Gentium, cum apud omnes peraeque fides servetur, vel servari debeat.

~~CAPUT XVI.~~

De re contracta obligatione.

Theoriam obligationum varii vario modo recensere solent. Equidem optime facturum me ra-

E. 1. contractus enucleabuntur, quos primum
enucleent necesse est. f. 374.

† Dodać potrzeba: 11, oblatio et consignatio rei judicialis, kiedy wszędzie składam debitum, azeby nie ustaia przes. 12, rei interitus, iezeli winien byłem rzecz oddać a ta przez przypadek zginęła.


† Mówiliśmy wyżey o przyczynach cywilnych tworzących fundament obligacyi cywilney. Takiemi były verba, consensus, res, scriptura. W wybiorze szczegółowym kontraktów od którego z tych gatunków zaczynać? Tu dzielą się prawnicy 1, niektórzy bez tego zdania że trzeba zaczynać od tych causae civiles które w naydawnieyszych czasach tworzyły obligacye 2, inni od tych, z których się natury pokazuie, że musiały iuz przed urządzeniem prawa cywilnego powstawać obligacye uważano za ważne iako gruntujące się na jus Gent. n. p. każda obligacya poprzedzająca ze, consensu. Obydway gatunki tych prawników błędzą. Któż bowiem 1, dowieść może że dawniey Rzym. bardziey uważali na jus Gent. niż civile? Owszem, przeciwnie się pokazuie! Jtak n. p. wszyscy prawnicy, dobry będzie przykład Ulpiana i Gaia, naprzód uwzględniaiąc sposoby nabywania domin. ff jus civile niż jus Gent. oczywiście dla tego że więcey miało waloru nabywania własności prawem rzymskim niż tem. 2, lub któż dowiedzie która z wspomnionych form, prędzey lub później naszę powstała chronologicznie? czy wprzód nastała obligat. verbis? później re? itd. Tego dowieść nie można! A za tem lubo dowolnie iest wybierać te kontrakty iako kto zechce, iednak: uważaiąc na formy szczególne i ogólne zawierania obl. zdaie mi się być rzeczą konieczne zaczynać wprzód od re contr. obl. a później od formy general. verba, nexus. — Możnaby nawet †

‡ n. p. daię rzecz na fant; tu iest res, mam więc actionem pigneratic. czyli pewną akcyą pewną formułę podług któréy skarzę; lecz dam komu rzecz iako pod warunkiem ażeby mi dał za to rzecz inną? Jakaż tu iest obligatio? czy dawnieyszy?! Jakaż actio?

‡ Różni się od mutuum ‡ ponieważ tu daie się też sama rzecz, i też sama się odbiera. Różni się od ususfr. i usu.

‡ ususfr. iest także jus in re lecz na czas długi n. p. do naszéy śmierci. Tu zaś tylko na raz ieden, do użytku pewnego lub czynności pewnéy. Tu zachodzą: Commodans, Commodatar. res commod.

≠ pytać, czyby się nie obeszło bez takiego podziału; i czyliby nie lepiej inaczej podzielić system obligacyi? t.j. bez względu na to czy co iest re, consensu etc. zawarte, trzeba pytać podług jakich actiones, dochodziemy naszey własności? lub czyli zapozwani nie mamy na naszą obronę co przytoczyć, jako to exceptio. Tak więc polegałoby system obligacyi I. na actiones II. exceptiones. Same zaś actiones podzielają się na: condictiones, i na actiones juris gentium, czyli bonae fidei. Gans p 132. 199.



tus, si eo modo obligationes recensuerim, quo de causis earum (Inst. Capite XIV.) egi, ab illis hanc doctrinam enucleandam ordior, quae re contrahuntur (Hugo R. RGesch. 122 §. 2̈2.).

Contracta autem *re obligatio* (cf. Gaii Comment. III. 90.) dicitur, *si ipsa conventio substantiam capit et necessarium initium ex rei alicujus datione* (cf. Instit. III. 14.). Obligationes ejus generis rursus in tales dividuntur, quae certo nomine praeditae sunt, ~~vel~~ quibus actiones propriae adsunt: atque in illas, quibus utrumque deest; has appellant recentiores *Contractus reales innominatos*; illas, *contractus reales nominatos*. Primum de contractibus sic dictis realibus nominatis videamus. que

I. *Commodatum*, tunc intelligitur, *si nulla mercede vel accepta vel constituta, utenda tibi res data est* (§. 2. Jnst. Quibus modis re contrah. oblig. fr. 1. §. 1. D. Commodati). Differt ab usufructu et usu, quia non est jus in re, sed solum jus personae in certum momentum competens, v. c. si servum tectorem tibi commodo (fr. 5. §. 7. D. Commodati). Si itaque possessionem ejus, qui rem commodatam suscepit, aliquis turbaverit, Commodatarius actionem instituere non poterit, quia non ejus sed meum jus laesum fuit, penes quem dominium est. Commodatarius autem tenetur

ut rem salvam praestet, finito momento a me destinato. Quod si non praestiterit, actione Commodati rem meam persequor. Nec minus si rem praestitit deteriorem factam. Quo facto introspiciendum erit, num dolo, num culpa, num casu id fecerit. Si casu facta est deterior, non tenetur, quia casum dominus sentit; sed tenetur de dolo et culpa cujusvis generis, quia ex re Commodata lucrum capit (fr. 5. §. 2. 7. 15. D Commodati). Cum autem Commodatum obligatio sit, adparet, inesse ei debitorem et creditorem; praeterea adparet esse obligationem unilateralem. Fit tamen nonnunquam ut sit haec obligatio bilateralis, si v. c. equum aegrotantem alicui commodavi, isque morbum ejus tollere curaverit, actionem de in rem verso erga me instituere poterit, quae actio dicitur actio *commodati contraria*, ut distinguatur ab actione *commodati directa*, id est illa, quam erga Commodatarium instituere possum (fr. 15. D. depositi). Observandum denique est, Commodatarium nonnunquam pro casu teneri, si v. c. rem in certum tempus sibi utendam datam suo tempore non praestitit. In *certum tempus* autem Commodata res dari debet, quia alias precarium esset. Denique observandum est, Commodatarium rem sibi datam aliis usibus adhibere non debere, quia id faciens furtum usus committeret, praesertim si intellexerit se id facere quod


† czyli iako się wyraża Ulpian, ponosi winy culpam et diligentiam.

† Podług tego fragm. może bydź także actio comod. contr. ieżeli kto wyięży więcey rzeczy.

† w ten czas idzie na błędzie iego wypadek z przypadku; n. p. niewolnikowi do gwodze-
nia lub orania wypożyczonemu każe dał naprawiać.

⁊ Niektóre n. p. kontrakty rozpoznawaią się zaraz z nazwiska n. p. pignus. Tu niepotrzeba wyrażać iaka rzecz daną została in pignus, ponieważ po umorzeniu obligacyi taż sama rzecz powróconą bydź musi. — Przeciwnie in mutuo, oddaie się tylko taż sama ilość. Daiąc więc in mutuum rzecz, wyrazić potrzeba co dałem? ażeby mi n. p. za frumentum nie oddano stosowną część olei. — Źle więc czynią nowsi nazywaiąc ten kontrakt Mutuum

⁊ Gaius wspomina lex Cornelia, którą przytoczyłem w Hist. p. 73. Ta ustawa zapobiega nierozważnie czynionym zaręczeniom. Stósownie więc do iey przepisu nie wolno było ręczyć za iednego iako za 20,000, temu credytorowi który chciał mieć tylko na roku ieden zaręczoną summę. — Jeżelim tym sposobem zaręczył za debitora, toż samo było co dać mu pieniądze na mutuum, ponieważ odtąd ia powinienem był zapłacić. A zatem chociaż tu nie wyliczyłem pieniędzy było to pecunia certa credita. Za cokolwiek zaręczyłem wolno mi było albo rzecz za rzecz oddać lub pieniądze za rzecz. Ztąd nazywali prawnicy Rz. każdą rzecz na mocy tey ustawy lex Corn. przyrzeczoney pecunia.



dominus si scisset prohibiturus esset (Gaii Comment. III. 197.).

II. *Mutuum* datum est, *cum recepturi sumus non eandem quam dedimus speciem, sed idem genus.* Consistit autem mutui datio in his rebus, quae pondere, numero, mensura constant, velut vino, oleo, frumento, pecunia numerata (fr. 1. §. 2. D. de Oblig. et Act. pr Inst. Quib. modis re contrah. obl.). Substantivum *Mutui*, quod recentiores finxerunt ignotum est JCtis Romanis, quapropter solum per circumscriptionem res mutuum data exprimi potest. Pecuniam mutuum datam dicebant Romani pecuniam creditam, vel pecuniam certam creditam, vel denique certam creditam. Pecuniam autem creditam dicimus non solum eam, quam credendi causa damus, sed omnem, quam tunc, cum contrahitur obligatio, certum est, debitum iri; id est, quae sine ulla conditione deducitur in obligationem. Itaque et ea pecunia quam in diem certum dari stipulamur, eodem numero est, quia certum est, eam debitum iri, licet post tempus petatur. Appellatione autem pecuniae *omnes res* in lege Cornelia significantur (Gaii Comment. III. 124). Si recte observamus naturam commodati et mutui, adparebit mutuum idem esse quod commodatum, eo discrimine, quod commodatum plerumque circa res appellatas infungibiles versatur. Commodatum ni-

si gratuitum fit, nullum esse diximus; mutuum contra raro gratuite fit. Res non nisi propria commodari potest, mutuum contra etiam aliena re contrahitur, v. c. si alii mando ut pecuniam suam mutuum det, tunc non ille, qui pecuniam dedit, sed ego creditor esse putor. Commodatarius nunquam rem sibi datam in dominio habere potest, in mutuo contra id fit. Cum enim rebus sic dictis fungibilibus nullo modo uti possimus nisi nobis consumere eas liceat, consumere vero rem cum idem sit ac pro arbitrio suo de ea statuere, patet: nullo modo re in mutuum mihi data me frui posse, nisi dominus ejus fiam (fr. 2. §. 2. D. de Reb. credit). Hoc tamen locum non habet quam in iis rebus quae genere non vero quae specie consistunt. Utroque casu duae personae occurrunt debitor et creditor, sed equidem creditor debitoris mei non putor, si ei rem alienam mutuum dedi, tunc enim dominus rem suam vindicabit, quapropter ei, cui rem mutuum dedi, dominium rei me non paravisse videbor, nullaque obligatio inter nos erit. Recte itaque JCti Romani putabant, traditionem dominii similem esse mutuum dationi. Recentiores tamen falso id dictum esse contendunt, cum sibi persuadere non possint, quomodo dominium rei alii obferre queam, cum mihi nullum jus sit, quo se ille, ut rei dominus, tueatur. Quod tamen facile explica-

≠ Jże rzeczy zachodzi res nieskładaiąca genus lecz species, powiedzieć można, że ~~debi~~ mutuum nie masz lecz commodatum n.p. daię komu pewny gatunek pieniędzy, pod warunkiem żeby mi oddał tenże gatunek n.p. medal ażeby go spieniężył, wyrobił sobie żadnego wyłączenie tegoż.

I Lecz czy zawsze zachodzi dominium na stronie ~~credi~~ debitora, który wziął rzecz in mutuum? Zawsze, jeżeli użyie tey rzeczy stósownie do natury mutuum. Bo do póki rzecz nie strawiona nie iest iey dominus, może mu bydź odebrana przez tego do którego iako własności należy. A zatem mutuum iest to samo co traditio dominii. Jeżeli zaś w domin. tak mutuum zamieni się, właściciel nie ma za debitora tego, który wziął mutuum, lecz tego tylko który mu dał tę rzecz.

ri potest, si observamus: Sempronium cujus ego pecuniam Titio mutuam dedi, eousque tantum vindicare eam posse, quousque in possessione Titii erit. Nam si Titius eam pecuniam consumpsit, nummos suos fecit, id est dominus rei factus est, cum Sempronius eas jam vindicare non possit. Nec ad rem facit coactum fore Titium pecunias reddere; cum id solum agamus eum *illas* pecunias reddere non posse cogi, *quas* illi dedi, quasque ille consumpserat. Subintelligi tamen debet me qui Titio illas pecunias dederam, bona fide fuisse, Sempronii eas non esse; vel Titium bona fide fuisse. Si uterque male fide fuerat, Titiusque pecunias consumpserat, tunc ei similis esse Titius supputabitur qui dolo fecit quominus possideret. Datur itaque Sempronio actio dicta *condictio* (Gajus in Comment. IV. 18). Quapropter si quis, qui alienare nequit, nummos dederit, nummos exstantes vindicari, consumptos bona fide, condici; mala fide actione ad exhibendum peti posse, dubio caret. Exhibere, autem est rem sistere et praesentiam ejus facere (fr. 22. D. de V. S.). Cum autem supra diximus de nummis consumptis, quaeri potest, quomodo rem exhibeam quam consumpsi? Respondeo: subintelligi debere, me cogi alios nummos ejusdem quantitatis et qualitatis reddere; sed tunc condictione, non vero actione ad exhibendum, nummos me repetiturum. Itaque

Jeżeli b. f. consumps. a nie ma skąd oddać mam do niego prawo p condict. Lecz ocząć muszę wprzód. Jeżeli m. f. i o to starał się dla niego nie ma, to więc będzie starany wynagrodzenie i za to.

me

actio ad exhibendum ad illum debitorem referenda est, qui cum nummos consumpsisset non habeat unde alios ejusdem quantitatis at qualitatis reddat, quod recentiores *impossibilitatem subjectivam* appellant.

Quaeritur nunc, quomodo theoria Usurarum applicanda sit huic generi Contractus? Visum est Romanis non multum id conferre ad theoriam Mutui utrum Usurae pro re mutuum data solvantur, vel non; putabant enim non aliter usuras currere, quam si per stipulationem promissae fuerint. Obligatio mutui irrita fieri potest ex SCto Macedoniano, de quo supra dictum est in Hist. Juris Cap. XXI. (p. 118.)

III. *Depositum* est *quod custodiendum alicui datur* (fr. 1. D. depositi). Differt autem Commodato, quia in depositum res data, ut eadem specie reddatur, requiritur. Depositarius itaque sive is, penes quem depositum est, neque possessionem, nisi naturalem, habet, cum dominium penes deponentem sit. Quod ideo fit, quia in Commodato usus rei est, in deposito autem solum custodia rei depositae. Quoties itaque res deposita utenda fruenda conceditur extra regulam id fit, quapropter a recentioribus *depositum* ejus generis *irregulare* appellatur. JCti enim Romani dicebant, depositarium furtum rei committere si re deposita utatur, nolente eo qui deposuerat (cf.

‡ Jeżeli sobie więc kto nie wymówi usurę, nie ma prawo ex mutui dat. dopominać się o nie.

‡ od de i ponere. Tam dirum hoc crimen videbatur veteribus, ut de deposito negando cogitantes a diis cum universa familia exstirpatum iri crederentur. — Praeterea eos dentes amittere putabant, qui depositum negassent. Quare et Plinius X. 97. laudat Christianos, quod sacramento se obstringant, ne fidem fallant, ne depositum adpellati abnegent. Heinec. III. 15. §. 31.

Gajus in Comment. III. 195. sqq.). Hinc nascitur obligatio depositi, ex qua de culpa lata et dolo depositarius tenetur, cum in Commodato contra etiam de culpa levi teneatur. Distinguunt autem JCti Romani inter *depositum ex necessitate* descendens, quod recentiores *depositum miserabile* dicunt, (fr. 1. D. deposit) si v. c. vel tumultus, vel naufragii vel incendii causa aliquid depositum sit; et inter *Sequestrationem*, quae est rei litigiosae custodia, ita alicui commissa, ut finita lite victori praestetur (cf. rubrica C. de prohibita sequestr. pecuniae). Depositum illud si intercessit lis in duplum crescit, si vero hoc, eadem actio datur quae adversus depositarium. Non tenetur autem depositarius, et nullo quidem modo, si casu res periit. Nonnunquam competit depositario actio depositi contraria, si impensas necessarias fecit, in rem depositam.

IV. *Pignus.* Diximus supra pignus esse jus in re, duplicisque generis si rem opignoratam spectamus haberi, nempe pignus proprie sic dictum et hypothecam. Si accuratius observare voluerimus pignus, apparebit, non solum jus in re id esse, sed etiam, *obligationem*, et quidem *re contractam, quae ut majorem securitatem creditor habeat ei a debitore servanda traditur, ea conditione ut in specie eam reddat*, cum ei satis-

factum fuerit. *Similitudo* itaque quaedam adparet inter *pignus*, *commodatum* et *depositum*, nam pignus datum ita in specie repetimus, ut commodatum, et depositum. Repetitur autem pignus actione pignoratitia (fr. 9. §. 4. fr. 22. §. 1. D. de Pignorat. act.). Creditor pignoratitius tenetur de culpa et quidem de culpa levi, nam utrinque commodum adest tam creditori quam debitori. Contra accidit in mutuo, quia in mutuo neque dolus, neque culpa versatur, cum data res in mutuum non in specie, sed in genere praestetur. Si itaque v. c. pecuniam mutuam accepi, eaque mei ipsius culpa periit, de culpa tali non teneor, quia res haec mihi ipsi periisse putatur, eamque, et quidem in genere, restituere cogor.

Haec de contractibus sic dictis realibus nominatis dixisse sufficiat. Sequitur theoria Contractuum, quos recentiores Contractus reales innominatos adpellant, Romani vero JCti Contractus tales *incertos* dicunt, ut eos ab illis distinguant, quos nonnunquam *certos* vocant (fr. §. 1. 6. D. de Pecun. const. fr. 9. D. de Reb. cred. pr. fr. 18. D. de acceptil.) Hi autem ejus generis obligationes continent, ad quas persequendas actiones certae desunt id est, actiones ex jure civili originem ducentes (Hugo R. RGesch. §. 123.). Quoties apparuerat, esse obligationem

ex quocunque contractu, sive certi, sive incerti. / sive ex certo contractu petatur, sive ex incerto / contractibus vel certis vel incertis.

zasadzi pytanie, jak sądzić sprawę, której podstawą negotium civile, a na której nie masz w Edykcie przepisanej formy, i że wtenczas pretor przepisywać ją musi.

† Jest pignus albo speciale, albo generale (cf. supra p. 296.)

—

‡ lubo liczemy pignus do contractus re, iednakże to tylko na powadze tey, że które są szczególnieysze po- wody, ~~do zaiver na~~ których wspieraią się kontrakty: uniknęlibyśmy tego, i daleko filozoficzniey podzielili obligacye (~~bez~~ gdyby stricti juris i b. f. judicii, podzielonemi były. – Dowodem tego iest pignus: mówią że zachodzi w tenczas, kiedy się rzecz oddaie: a iednakże mówią prawnicy Rz. etsi non tradi- tum est pignus contrahitur fr. 1. fr. 11. §. 5. D. de pignorat. act. y słusznie: bo na cóż szczególney skargi, gdzie iest actio Serviana, która i bez wzięcia pignus dochodzić rzeczy pozwala; po cóż kontraktu szczególnego?

§. 3. alii sunt, qui nomine careant p. 364.

Pod wyrazem re contracta obligatio, rozumieli prawnicy Rz. kontrakt taki, gdzie rzecz pewna daną była, a gdzie skarga zmierzała do odebrania rzeczy pewney. Jeżeli zaś skarga nie idzie, lub iść nie może, na odebranie rzeczy pewney, lecz na odebranie quantum interest, czyli na incertum, także con- tractus nazywa się incertus, iako i każda actio iest incertum, kiedy incertum otrzymuiemy. (fr. 33. D. depos.). Wiemy iako podzielił Gaius kontrakty, w którym to podziale nie masz żadney wzmian- ki o contractus innominatus, iaki sobie nowsi utworzyli. W czém dali się uwieść, albo raczey sami poddali przez siebie utworzoney teoryi fr. 5. D. de praescr. verb. fr. 7. §. 2. D. de pactis. – Wszelka czyn- ność iest albo in dando albo in faciendo: ~~tego~~ czego iest albo czynności iednostronna albo obustronna. Mówi tu Paulus o czynnościach obustronnych i wylicza 4. główne przypadki, o które spór zacho- dzić może, a które ponieważ są kontraktami takiemi, które przez actio ~~[illegible]~~ obie właściwą dochodzonemi bydź nie mogą, przez actio praescriptis verbis poszukiwanemi bydź maszą.

§. 4. quando poenitere liceat p. 365.

Powiedzieliśmy w I. części, że actio praescr. verbis, zachodzi w tenczas, kiedy ‡ ~~praetor przy szczególnie actionis [illegible] lub actionis in factum, przepisie szczególnym, iako ma sprawy dochodzić~~ nie iest naydawnieyszą z actiones, ~~które się w edykcie pretora znaydowały~~. Co do historyi tey actio to wiemy że wiedzieć nastało w czasach między Augustem i Hadryanem, szczególniey Titius Aristo pod Trajanem ży- iący prawnik, którego w swych listach bardzo Plinius (I. 22. VIII. 14.) chwali, do upowszechniania

I Może bydź rzecz dana, a iednakże nie zachodzić kontrakt żaden z wspomnionych

II W tym fragmencie Paulus z następuiącego dziwnego przypadku całą te wyprowadza teoryą. Wspomina Paulus: ieżeli syn moy naturalny iest u ciebie w niewoli a twoy u mnie, i ieżeli umowa zaszła żebyśmy ich na wolności wypuścili, a ty nie uczynisz tego, iaka tu będzie obligat.? Tu mówi Paulus bydź może albo:

II Jeżeli debitor nie dotrzymuie kontraktu, skarga ex act. causa data causa non secuta, a skarga iuż to o oddanie tey że rzeczy, albo o wydanie mi tey o którą zaszła umowa

I Gdybym dał pieniądze ażeby co dla mnie uczynił byłaby locat. conduct.

II Dla tego dodadź potrzeba: obligo indirecte, ponieważ w przeciwnym razie byłaby locat. conduct. n. p. czynię co w tym zamiarze, ażeby mi z czasem wynagrodzonym było. Gdybym to uczynił umówiwszy się o nagrodę byłaby loc. cond.

iey przyczynił się, dawniey używano raczey actio, zastosowaney do actiones bonae fidei, na iey mieyscu. A tak za czasów Paula, iuż powszechnie używano actio praescriptis verbis, iako skargi pomocniczey, do wszystkich actiones bonae fidei. Zastosuymy to do tych wypadków, które okazuią iż osoby maią do siebie prawo zaskarżania się o zaspokoienie, ale prawo nie gruntujące się na contractus re.

Jeżeli komu rzecz iaką daię, więc daię albo w tym celu, żeby ią sobie zatrzymał, bez żadnego za to dla mnie wynagrodzenia, (donatio): lub, daię, żebym coś za to otrzymał, n. p. daię pieniądze żeby usamowolniono niewolnika. Donatio więc nie ma w sobie nic obligatoryinego, czyli nie iest συνάλλαγμα: ale obligatoryinem iest każda datio sub modo, albo datio ob causam. — Jeżeli daię rzecz w takim zamiarze, żeby od drugiego przyiął to, czyli tego, lub nie: ieżeli przyimie a widzę że nie uskutecznia tego, co przyimuiąc przyrzekł, mam prawo odstąpić od mego zamiaru i odebrać rzecz; lub ieżeli czas w którym miał uskutecznić przeszedł, i wtedy mam prawo odebrać; lecz ~~lub~~, ieżeli ieszcze nie uskutecznił mogęż przed czasem odebrać? Nie mogę, iak tylko w przypadku tym, kiedy drugi nieby na tem nieszkodował, żeby oddał, n. p. ieżeli wziął pieniądze żeby usamowolniony był niewolnik, bo ieżeli kto do tego przedsięwziął wynagrodzony być musi, ale zmuszać mię żeby był czyn ten uskuteczniony przyczyny nie ma, bo przy usamowolnieniu takim nie on iest interessowany, lecz ia. fr. 3. D. qui sine manum. fr. 3. D. de serv. export.

Z całey tey dedukcyi przekonywamy się: 1, że re contracta oblig. nie dzielą się na nominati i innominat. podług prawa Rz. 2, że tak nazwane jus poenitendi, nie iest prawem właściwym kontraktom bezimiennym, mocą którego obydwie strony polubownie od zawartego pactum odstąpić mogą, o wszelkich tor zawarciu być mogło. 3, że contractus incertus nie stąd bierze nazwisko iż nie ma pewnego imienia, lecz że idzie na quantum interesse, co iest incertum. 4, że nic osobliwszego iż ~~fere~~ praescriptis verbis nayczęściey interesse tego dochodziemy.

—

ad aliquod dandum vel faciendum, praetor actionem praescribebat, qua repeteretur obligatio. Quapropter ejus generis actiones vocantur *actiones praescriptis verbis*, vel *actiones in factum*. Unde apparet contractus incertos tunc intercedere, si aliquid vel datum vel factum sit, vel cum dari aut fieri debeat. Videamus qui praecipui casus sint, ex quibus obligationes tales oriuntur (fr. 5. D. de praescr. verbis).

1. *Do* ut *des* (fr. 5. §. 2. D. de Praescr. verb. fr. 7. §. 2. D. de pact.) tunc accidit, si alicui rem meam dedi ut mihi aliam det. Obligationes ejus generis ex variis causis oriri possunt, praecipua tamen earum *permutatio* est, sive, ut recentiores ajunt, Contractus permutationis.

2. *Do* ut *facias* (fr. 5, §. 2. D. de Praescr. verbis) si alicui rem do, ut aliquid agat, obligatio in faciendo consistit, v. c. fundum meum Sempronio obfero, ut domum mihi aedificet.

3. *Facio* ut *des* (fr. 22. D. de Praescr. verbis) si aliquid faciens, alium cujus causa id facio, ad certum aliquod dandum obligo.

4. *Facio* ut *facias*, si pro alio faciens, eum obligo ad aliquid mea causa faciendum (fr. 5. pr. §. 4. 5. D. de Praescr. verb.). Quando et ob quas causas supputetur culpa, sat superque

supra disputavimus. Quod vero attinet illum casum, qui circa permutationem versatur, apparet de culpa levi tam creditorem quam debitorem teneri, quia lucrum uterque ex negotio quod agatur capit.

Multi recentiorum dividunt obligationes reales innominatas in contractus reales *regulares*, et *irregulares*. Dicunt autem contractus reales irregulares tales esse quibus certa nomina non sunt, reliquos vero quibus nomina adsunt regulares dici, qualis est: 1, *Permutatio*, cum res pro re, corpus pro corpore datur, nam si pecuniam pro re dederim emptio venditio esset (fr. 14. §. 7. D. de religios. et sumpt.). 2, *Contractus* sic dictus *aestimatorius* si certo praetio constituto rem alii vendendam do, ut vel rem ipsam vel pretium nobis pro re acceptum reddat (fr. 2. D. de Aestimat). 3. *Contractus Suffragii* si pro auxilio et patrocinio honorum adipiscendorum, me adjuvantem remunerari promitto (cf. Brissonius s. v. *Suffragium*). Hi tamen qui tales obligationes contractus esse dicunt, id observasse non videntur, eas, si naturam et indolem obligationum spectamus, contractus non esse. Permutatio enim nihil nisi ipse actus rem permutandi est, qui tunc primum naturam obligationis induit, cum res ad finem perducta ~~fuerit~~ est, ante perfectum vero illud negotium nullam obligationem inter-

† innominali

‡ Że cenę ustanowia sprzedaiący, co nadto więcej wziętę do niego nienależy.

‡ Jus poenitendi zależy od iedney strony, lub stron obydwóch. Nie może mnie wtenczas kred. zniewolić do zerwania kontr. przez jus poenit. kiedy do iego uskutecznienia pewne przedsięwziąłem kroki, tak, żeby wynagrodzenie mi wynosiło mniey niż dokończony interes.

‡ Lubo consens zachodzi we wszystkich kontr. iednak, gdy tam przez zezwolenia forma zewnętrzna, czy ogólna czy szczególna, nadaie istność kontraktowi, tu zaś iedynie consensus, mówiemy przeto: że ugoda (consens.) iest podstawą tey obl.

I Że mogły być te obl. zawierane ‡ postęp przekonywa nas że później musiały nastąpić, kiedy za wsperz. Rz. z daleka od siebie mieszkali. Przekonywaią nas narzędzia tylko kontr. kończące się na tio. Do zastąpienia w kupnie lub przedaży samego sprzedaiącego, używano nayczęściey w Rzymie bankierów (argentarii). Osoba taka nie może być uważana za faktora, ponieważ kupuiący lub sprzedaiący ~~nie~~ miał do czynienia z ~~faktorem~~ takim bankierem, a nie z osobą którey dobra sprzedawano, lub dla którey kupowano. (Cicero pro Caecina 6.). Zachodzące kupno lub sprzedaż zapisywał bankier w swoiey księgę że zapłacono (expensi lata et accepta pecunia). Kopią tego aktu

cedere. Id quoque dici potest, de contractu aestimatorio et suffragii. Cur itaque has obligationes non referant ad contractus incertos, non video.

~~Observandum denique est, obligationes incertas, eo differre ab obligationibus certis, quod saepius ab ipsis contrahentibus pendeat, velintne, ~~nec ne~~, obligationes ~~eas~~ ratas esse, vel ab ~~iis~~ contractis discedere. Id appellatur in Jure Romano *jus poenitendi*. Concessum itaque ~~fuit~~, est tam debitori quam creditori, recedere ab negotio contracto, modo ei, cujus intersit, satisfecerit, de damno quod inde vel sensit, vel senti~~re posset~~ serit (fr. 3. §. 2. fr. 5. pr. D. de Condict. causa data).~~ l. 5. 1. fr.

~~CAPUT XVII.~~ §. 5. consensu quae obligationes contrahantur.

~~De obligationibus consensu contractis.~~

Consensu obligationes, ex quibus causis fiant Gajus in Comment. III. 136 sqq. et in fr. 2. D. de Oblig. et act. exponit. Ideo autem istis modis obligationes dicuntur consensu contractae, quia illi qui negotia talia gerunt ad ea contrahenda consentire dicuntur. Unde inter absentes quoque tales obligationes contrahi possunt, veluti per nuncium (cf. Hugo R. RGesch. §. 236.). De his singulatim videamus. § 377.

I. *Emptio Venditio*, obligationes sunt *in quibus contrahendis de pretio convenit.* Scimus esse bilateralem talem obligationem, quia duae personae occurrunt, quarum altera *pretium dare* promittit, et haec vocatur *emptor*; altera vero *jus suum* quod in rem ei competit in alium *transferre* se obligat, et haec *venditor* vocatur. Pretium quod ob contractas ejus generis obligationes praestatur, nomen dat huic obligationi, quia si nullum praestitutum esset pretium permutatio vocaretur, cum illa, ut eleganter JCti Romani observaverunt, nulla re nisi pretio ob rem prestandam dato a venditione differat. Eam autem naturam emptionis et venditionis olim fuisse; videre licet ex illis Homeri locis, quae Paulus (fr. 1. D. de Contrah. empt.) citat. Emptio non solum ad jus rerum refertur, sed etiam ad jus in re, v. c. servitutem, emphyteusin et id genus alia. Neque solum illas res emimus, quae praesentes adsunt, vel quae cum eas emimus in rerum natura sunt, sed etiam res futurae recte emuntur. Talium rerum duo praecipue genera occurrunt: 1, *emptio aleae*, vel *spei*, quae obligatio ejus generis est, quae licet ex eventu futuro initium capiat, tamen emptor semper cogatur pretium restituere, etsi falsus esset quo ad quantitatem et qualitatem obligatio-

spisanego dawał obydwom stronom. Jeżeli ta kopia zginęła kupującemu lub sprzedającemu że zapłacono i zakwitowano, był jeszcze dowód w xięgach bankiera. Cicero l. c. Tak jak dziś u Notaryuszów. — Wszystko co jest in commer. sprzedawanem i kupowanem bydź może. Podług nowszych ustaw Cesarskich nawet res divini juris, jeżeli Urząd na to zezwoli. — Policyjne prawa zakazywały sprzedawać purpurę, jedwab, broń, dla barbarzyńców. —

† Nie koniecznie jest ażeby zaraz całkowicie zapłacono, dosyć jest dadź zadatek (arrha); ten jednak nie stanowi konieczności spełnienia kontraktu; ale jeżeli kupujący odstąpi utraca zadatek; jeżeli sprzedający podwoyny zadatek płaci.

‡ Homer nie mówi kupił za pieniądze rzecz; lecz: kupił rzecz za rzecz.

‡‡ kupujemy więc nie tylko domin. lecz: jus in re.

† Lex Titia, Publicia et Cornelia Histor. p. 72. zakazała grać o pieniądze, czyli nie pozwalała skąd skarżyć się, kto grał był infamis, lub kto pozwolił w swoim domu, chociaż mu kto skradł nie było furtum. A za tém alea znaczy tu w innego jak gra; znaczy tu los etc.

ƒ Jeżeli w tem moia wina n. p. do rybotowu nie dobrych sieci biorę, można mię skarżyć de dolo lub culpa lata.

Ta za tem różnica od emptio spei, że tu nie widzę, lecz nie pewny iestem iey qualitas i quantit. n. p. zboże na pniu.

ƒ Nie można mnie więc skarżyć dla tego niewłasności sprzedatem

nis; quia debitor et creditor obligationem talem ineuntes nihil aliud egerunt, nisi ut alter alteri suum jus cederet (fr. 8. pr. D. de Contr. Empt. et Vend.). 2, *emptio rei speratae*, cujus obligationis objectum sunt fructus, quos tunc ex re percipere non possumus, cum fundus in quo nascituri erant ex rerum natura disparuit; vel, cum ratione physica, v. c. grandine, corrupti fructus sunt. Si illud adest, non cogor emptae rei sperataeve pretium restituere; si hoc, id tantum solvam, quantum apparebit ex fundo illo me percepisse; accidit enim casus cui resistere non potui (fr. 8. §. 1. D. de Empt. Vend.). Convenitur autem venditor de re vendita actione empti, emptor vero actione venditi. Convenitur autem venditor ut rem tradat. Olim cum distingueretur inter rem in dominio et rem in bonis, traditio rei in obligationibus hujus generis ~~in primis~~ solum observabatur; cum in venditione necessarium non sit, ut rem, quam vendidi, in dominio habeam. Emptio enim et venditio admodum circumscripta esset, si ad eas solum res, quas in dominio habemus, referretur. Cum sublata esset differentia rerum mancipi et nec mancipi, sola traditio ad rem emptam in dominio habendam sufficiebat (fr. 25. §. 1. D. de Contrah. Empt. vend.).

Ut autem theoriam de dolo, culpa, et casu

huicce generi contractuum adaptemus, sufficiet monuisse eam ad venditorem solum referri, cum emptor nihil agat, nisi ut pro ~~a se praestito~~ pretio rem consequatur. Tenetur itaque Venditor de dolo et culpa utrius generis, nunquam vero de casu, quia a momento quo rem ~~[illegible]~~ emptor esse supputatur. Putari potest venditorem mihi vendidisse rem alienam eamque dominum ejus mihi *evicisse*. Ad hunc casum refertur theoria *Evictionis*, quae si adest, possum a venditore exigere, ut mihi satisdet (fr. 28. D. de Contrah. empt. vend.). Possum etiam necessitate adduci ad rem emendam, vel in emenda ea circumscribi. Variae sunt de hac re opiniones recentiorum, quae omnes fluxerunt ex c. 2. C. de rescindenda vendit. Mihi eorum sententia placet, qui putant ad emptorem non referri eam, sed ad venditorem, cum saepius venditor quam emptor, coactus putari possit ad rem vendendam. Id appellant recentiores *laesionem enormem* et tunc putant adesse, si ultra dimidium pretii fuerit jus alterutrius, tam emptoris quam venditoris, laesum.

vendidit rei dominus

Zachariä [illegible] p. 734.

II. *Locatio Conductio*, et emptio, venditio, familiaritatem aliquam inter se habere videntur. (Gajus Comment. III. 145.). *Locare rem* est *pro certa mercede rei usum vel operam promittere.* Duplex itaque genus locationis et condu-

Let c. d. inf

Ɀ emptor sam siebie oszukiwać nie może.

! lata, levis.
Ɀ wyiąwszy kiedy rzecz zginie z przyczyny zastarzałego zerwania.

Ɀ Wątpliwość zachodzi, czy donans iest obowiązany za Evictio Donataryuszowi? Podług zwodet (Pauli R. S. V. 11. 5) nie iest obowiązany, wyiąwszy ieżeli się zobowiązał # stipulat. Damiany bowiem nie iest za culpa obowiązany, ani za mora, zgoła zawsze w tym razie trzyma prawo stronę Donantis. Ponieważ Justynian ~~e. C.~~ wszelką promissio donat. opatrzył naturą stypulat. obowiązanym więc iest za evictio. — Za evictio nie odpowiada także creditor pignoris, ponieważ sprzedał rzecz taką iaką dostał.


Ɀ Do fr. c. 5. q. C. Si quis alteri vel sibi sub alt. nom. uwerać wypada, że c. q. C. h. t. ściąga się do przypadku, gdy kupuiący stawia innego na mieysce swoie, lub gdy przynaymniey porwała mu rzecz wydać; c. 5. C. h. t. kiedy kupno, na pozór tylko pod cudzym imieniem zostało zawarte.

Do sprzedaży należą także tak nazwane pertinentia. Rozumiemy przez pertinentia wszystkie te rzeczy które z rzeczą główną fizycznie są połączone. Odróżnić iednak tu wypada te rzeczy które bardziey lub mniey mocniey są połączone z rzeczą główną, lub którzyło rzecz główna przebawiona traci na swey wartości fr. 17. §. 7. D. de Act. empt. vendit. Jakie to manya fr. 245. D. de V. S?

Ł Trudno nawet niekiedy oznaczyć czy empt. vend. czy zachodzi locat. cond. n. p. umawiam się z rzemieślnik. żeby mi ze swey materyi robił. Tu iest empt. — Naymnie kilka kroci da bronienia ognia pod kwid. ażeby za umiejętność po 10 zapł. # za uwłodz po 20.
Tu część empt. vend. reszta locat.

[Różnica od kupna, że nie przechodzi na dzierżawcę własność (oz wyrażenia (in c. 6. C. de fund. patrimonialib. XI. 65.) colonatus, inquilinatus quaestio.

I Zauytowałem przykład na koniach naiczęściej



ductionis est, locatio rerum et locatio operarum.

Locatio rerum tunc intercedit, cum usum rei alii praestare polliceor, pro quo ille pretium mihi praestare promittit; tunc appellabor *conductor*, ille *locator.* Conductor olim varie distinguebatur, qui enim agros conducebant, *Coloni*; qui aedes, *Inquilini;* qui vectigalia *Publicani* vocabantur. Obligatio haec persaepe cum Commodato congruit. Res enim quae commodatur, ita ut res quae locatur, in specie redditur, neque dominium, sed jus in re nobis inde paratur Differunt tamen, quia commodatum gratuite fit, pro locata vero re pretium semper praestatur. Neque minus similis est obligationi ex mutuo, etsi haec obligatio circa res infungibiles, illa vero circa fungibiles plerumque versatur. Quod cum ita sit, quaeri potest, cur diversa genera obligationis esse dixerimus Commodatum et Locationem, adeo, ut haec ad obligationes consensu contractas, illa ad obligationes re contractas referatur? Diximus, locationem esse ejus generis obligationem, quae jam ab eo inde tempore, quo de contrahenda illa debitor et creditor pacti sunt, currit; cum contra ex commodato tunc primum oritur obligatio, cum res data fuerit. Neque minus eo differt utrumque genus obligationis, quod Commodatarius rem Commodatam alii usui quam

ei, cui eam commodatam accepit adhibere non potest, nec alii commodare rem ei licet; cum locator contra etiam alii rem sibi locatam, id est sublocatori, cedere potest. (fr. 60. pr. D. locati conduct). Quod autem pretium adtinet nihil refert, utrum nummi an fructus pro re locata dantur, v. c. si colonus cum domino fundi damnum et lucrum partitur. Conductor ejus generis vocatur in jure Romano *conductor partiarius*, et in multis rebus similis adparet socio, de quo mox dicturi sumus (fr. 25. §. 6. fr. 19. §. 3. D. locati cond. c. 21. C. De locato et Cond.). *Locatio operarum*, vel *operae locatae*, obligatio est, quae *ea ratione initur*, *ut alius operas facere polliceatur, alius vero mercedem pro operis illis praestandis promittat*. Non omnia ea quae facimus operae vocantur, licet cujusvis generis operam facientes, operam facere dicamur, v. c. si pro alio spondeo debitum solvere, factum praesto, quod opera non dicitur, licet opera sit. Operae itaque de quibus in locationibus loquimur, hae sunt quae appellantur operae illiberales. Quaenam sint autem *operae illiberales* et quaenam *liberales* quaeritur. Nonnulli dicunt esse operas liberales quae ingenii non manuum ministerio exerceantur, contra omnes illiberales. Sed haec definitio admodum vaga est; nam si dicere velis omnes artes quae a Viris

I naiętą rzecz mogę używać do swego rzeczu

I w tenczas w miarę zysku oddaie mu część pewną owoców

Ŧ Jeżeli wynaymię rzecz za którą płacę pieniądzmi, nie iestem obowiązany za naiętą rzecz płacić, iak się umówiłem. Jeżeli rzecz za rzecz n. p. fructus, muszę się dzielić z właścicielem. Co do szkody: nie rachuie się w pierwszym razie małe uszkodzenie n. p. w naiętym domku będzie iedna stancya niezdatna do mieszk. w drugim nawet naymnieysze; i tę szkodę musi się dzielić właściciel ze mną.

Ŧ
I Nie wszystko więc co czyniemy iest opera; to uważa się stósownie do osoby (n. p. sprawowanie urzędu p. pretora i sprawowanie urzędu p. scriba.), i stósownie do rzeczy (n. p. uczyć kalligrafii a uczyć prawa.)

† Kto wynaymuie komu rzecz iest locator, ten którému się wynaymuie cond. Tu powinienby ten sam być sposób mówienia. Jednakże przeciwnie używaią się te wyrazy. Ten który wynaymuie powinien się nazywać conductor, ponieważ bierze pieniądze za wynaiętą pracę; ten zaś którému się wynaymuie locator, ponieważ on daie pieniądze.

] De artibus liberalibus, que, et a quo tempore appellari sint coepte v. Heinec. I. 25. §. 16. sq.

Doctis in scholis tractantur, studiaque quae ibi exercentur, operas liberales esse, rursus quaerendum esset, quinam et in quibus scholis eas profiteantur? Eos enim qui philosophiam profitentur, professores non appellant Romani; neque eos qui in Gymnasiis docent, cum vocentur ab iis *Ludi magistri* (fr. 1. D. de Extraordin. Cognit.). Neque medicina ars liberalis est, quia olim apud Romanos a servis exercebatur. Liberalis itaque ars est Jurisprudentia, res sanctissima, qua patroni Clientibus suis apud antiquos Romanos opem ferebant, nullam mercedem accipientes. Sub imperatoribus cum eligendi magistratus potestas penes Senatum esset, Romani bene persuasi quanti aestimanda sit scientia juris, etiam tunc, cum pretium dabatur JCtis pro auxilio prestito, eam liberalem artem appellabant. Et merito mehercule! Ut autem ad rem revertar, observare licebit, similem esse locationem rei, locationi operarum, cum in utroque casu pretium praestetur. Rem autem locare is dicitur, qui pretium pro ea locata accipit; is vero qui pretium praestat conductor operarum vocatur. Haec, ut cum recentioribus loquamur, terminologia, si eam adaptamus conductori operarum, conversa apparebit, attamen congrua illi terminologiae si diligenter omnia intuebimur. Conductorem operarum enim eum esse qui pretium accipit,

eram/ recte dixeris, nam ille opus praestat, illi vero merces praestatur; locator contra, sive is qui opus suum sarciendum locat, pretium conductori operis dare cogitur. Actiones quae utrinque intercedunt sunt, actio *locati*, et actio *conducti*, quae quibus competant ex ipsa natura verbi patet, nec minus quas ob res instituantur. Si satisfactum non est, damnum sarcitur eo quanti interest, nec minus pro dolo et culpa utrius generis cavetur, quia tam locatori quam conductori ex obligatione ejus generis lucrum cedit. Quodsi casu res periit, neuter eorum tenetur (fr. 7. D. locati conduct). Si quaerimus quo modo et quo momento obligationes hae dissolvantur, observandum erit, quaestionem hanc locum non habere, si quaerimus de opere locato, nam ex ipsa rei natura patet eam dissolvi, cum opus absolutum fuerit. Quod si eam quaestionem referimus ad operas vel res locatas, ex consensu tam conductoris quam locatoris pendebit dissolutio obligationis, vel ex pactione ipsa quam contrahentes obligationem inierunt. Quid tamen si res locata est, eaque vendita fuerit, dissolvetne emptio venditio locationem et conductionem? Ita sane, cum conductor rei non habeat nec jus in re, nec jus ad rem. Non observari autem nostram theoriam in locatione et conductione ususfructus, ex ipsa natura rei patet, cum alia species

† Jezeli lokowana rzecz nie wyda owocow, szkodę ponosi locator wyiąwszy ieżli szkod inąd conductor zyskał na gruncie. Jezeli conductor operarum podeymuie się ukończyć dzieło, musi odpowiadać za casus, gdyby rzecz do roboty dana, zginęła.

† Gdy więc w pierwszym razie nie może bydź zerwany kontrakt aż po ukończeniu dzieła; tu (opera locatae) nawet wśród pracy, ieżeli się na to zgodzą. Lub tak się umówią. W pierwszym razie chociaż się czas nie oznaczy conductor zobowiązał się do uskutecznienia dzieła. W drugim chociaż nie uskutecznione dzieło kiedy tylko czas oznaczony (n. p. mam uczyć lat 2.) wolno rozwiązać obl.

₮ Nie nastąpita locat. conduct. dopóki wykonanie naymu etc. nie nastąpi. Właściciel grun, i wprowadziłby się do niego, nastąpiło wykonanie naymu, nowy właściciel może mi wypowiedzieć kiedy zechce, Lecz naiczęściey grunt nie nastąpiło wykonanie dopóki powodów nie zbiorę. Nie może nowy właściciel powiedzieć że używa grunt z owocami, bo który zebrał zboże? — Jeżeli po wynaięciu naymu i upłynięciu terminu, nie wypowie naymu locator, supponuie się że przedłużył termin a) co do gruntu na rok, b) co do budynków taki termin iaki raz na piśmie wyrażony, niego ieżeli nie ma pro ut quisque habitaverit, iak mówią Dr. — Może przed czasem wypowiedzieć naiem locator, ieżeli rzecz potrzebuie reparacyi. — Ad exemplum venditionis, nisi fuerint specialiter excepta, potest usufructuarius conductorem repellere. fr. 59. §. 1. D. de usufructu et quemadmod.

₮ JCti Romani loquuntur de vectigalitiana societate (fr. 73. §. pen. D. de Leg. III.), cujus socii vectigaliarii vel venalitii appellabantur; et piscatoria fr. 71. D. Loc. Cond.

| Nowsi prawnicy dzielą societas 1, na universalis, kiedy socii cały swóy maiątek składaią 2, na generalis, cały swóy zarobek 3, specialis, kiedy zawiązuią towarzystwo na wykonanie pewney nauki.

rei hic adsit, quam in aedibus locatis. Hoc tamen affirmantes non negamus esse jus conductori conveniendi locatorem, qui rem locatam vendidit, ut ei satisfaciat (fr. 33. D. locati conduct). Dissoluta autem obligatione, omnia haec inter locatorem et conductorem intercedunt, quae inter commodantem et commodatarium intercedere diximus.

